

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER PRIMVS.

APHORISMVS PRIMVS

NITA BREVIS, ars uero longa, occasio autem præceps, experimen-
tum periculosum, iudicium difficile. Nec solum se ipsum præstare oportet
ut opportuna facientem, sed & aegrum, & assidentes, & exteriora.

ANTONII MVSÆ BRASAVOLI
COMMENTARIUM

Non pauci fuere huius libri antiquiores interpretes, qui ante Galeni tempora has sententias interpretati sunt: quod ex ipsomet Galeno uarijs in locis colligi potest. Nam in principio huius libri inquit, Apud omnes expositores pro confesso haberi, hunc aphorismum esse procemium huius operis. Ex quo facile habetur plures fuisse Aphorismorum interpres: quod etiam ex uarijs Galeni commētationibus colligitur, ut Aphorismo sexagesimoquinto & septuagesimosecundo quarti libri, & aphorismo tertiodecimo quinti libri, & aphorismo trigesimotertio sexti libri, & in procemio septimi libri, & aphorismo sexto & trigesimoquinto & quinquagesimoquarto & sexagesimoquinto & septuagesimoquinto eiusdem septimi, in quo in aphorismo sexagesimoquinto mentionem facit Herophili, Bacchij, Heraclidis & Zeulis empiricorum, qui Aphorismos interpretati sunt: dixeratq; aphorismo sexagesimosecundo quinti libri, Hippocratem in hoc libro habuisse probatissimos expositores. Adde, Galenum sepe Marinū mentionem facere, ut aphorismo tertiodecimo, uigesimoquarto & quinquagesimoquinto septimi libri. Oribasius uero omnes Aphorismorum interpres quos nouerat, in ordinem rededit, quos hoc modo in ordinem disponemus. Pelops, qui fuit Galeni præceptor, ut ipsem in quarto De locis affectis libro, capite septimo docet, & alibi. Lycus, qui quum occasio datur, Hippocratem reprehendit, in quem Galenus scriptis De naturali calore. Rufus, qui sub Traiano principe uixit, Galenus in libro De atra bile, inquit ipsum de eadem materia egregie scripsisse. Nunc multa eius opera in lucem prodiere. Soranus Ephesius Troianus & Herodianus & Galeni temporibus, ut ipse in Methodo medendi, & in libro De compositione medicamentorum secundum loca, & in libro De sectis docuit. Dominus, de quo nihil certi apud aliquem inuenire potui. Attalus. De his nullam mentionem facit Galenus, quod Aphorismos interpretati sunt, dempto Lyco, qui à Galeno reprehenditur in prava intellectione illius aphorismi Qui crescunt. Apud Galenum uero hi reperiuntur Aphorismorum interpres. Marinus, cuius ter meminit in septimo libro Galenus.

Herophilus empiricus, de quo in eodem septimo, aphorismo sexagesimoquinto. Bacchius, de quo eodem loco meminit, & ipse empiricus Milesius fuit. Heraclides, de quo in eodem loco, empiricus & ipse fuit Tarentinus: Galenus sexto libro De locis affectis, eius mentionem facit capite quinto. Zeulis, de quo in eodem septimo Aphorismorum à Galeno, empiricus fuit. Quintus, de quo Galenus primo libro in primum Epidemiorum Hippocratis, & in præfatione tertij libri Aphorismorum. Galenus & ipse Aphorismos commentatus est, cuius commētationem unā cum Hippocratis sententia interpretabimur. Oribasius Sardianus, cuius extant commentaria, & quem saepe in nostra hac cōmentatione adducemus. Philotheus, cuius etiam extant commētaria, & quem adducere non pīgebīt. Hī sunt antiquiores, qui & ante Galenum & post Galenum in Aphorismos commentaria scripsere. Nos quoq; supra easdem sententias, nostras speculations in medium afferre non uerebimur: eo præsertim, quia nullus extat Latinus, qui hunc librum ex bonis authoribus aggressus sit. Barbari etenim sunt Iacobus Forlioniensis, Vgo Senensis, Sermoneta, & reliqui recentes, qui summi uiri alioqui extitere, & appri-

me perspicaces: at bonos authores, quos imitari possent, non habebant, & tempora incidere, quibus per pulchrum videbatur dialecticā rei medicæ & sophisticam artem commiscere. Ad rem igitur redeentes, quim multi fuerint antiqui Aphorismorum interpres, in hoc primo Aphorismo inter se dissentient: quippe nonnulli inquit duos esse aphorismos, ut secundus sit illa pars, Nec solum seipsum præstare oportet opportuna faciem, de qua re nunc opus non est uehementer digladiari, quoniam in una ex nostris interpretationibus clarum erit ad aphorismum pertinere. At quicquid sit, uel unus sit, uel duo aphorismi, nullus est qui dubitet esse proemium uel ad hunc librum, uel (ut alij) ad totam rem medicam. Hos tamē non probamus, quia inter Hippocratis libros hic primus non est, quamvis proemium hoc omnibus cōmune dici posset. In libro autem De medico, medicū ue officio, ad uniuersam artem medicam proemium sumi potest, & ille liber hunc præcedit, & multi alij. Sed res eo ordine tractanda non est, ut Oribasius docet, inquit enim, Ceterum si quo ordine legendum sit, quæras, certe quantum ad candidatos medicinae attinet, tertio loco legi debet: sed quantum ad doctos, etiam ultimo. Etejusmodi qui initiantur arti, primo legant Sacramentum ipsius Hippocratis: Inde librum præceptorum. Tertio librum hunc, in quo totius artis speculatio continetur. Docti hunc postremum relegant, ut ea quae in alijs legerint, hic omnia remetiantur & recognoscant. Hæc Oribasius. At nos suo loco ordinē omnium Hippocratis operum alio modo trademus. nunc uero satis sit, hunc librum multa Hippocratis opera sequi. At quia istud parum referit ad huius partis intellectiōnem, propterea hac disputatione nunc omissa, dicamus præsentem Aphorismum ad hunc librum proemium esse, quamvis non multi referat si quis uniuersae rei medicæ præfixerit. In quo proemio secundum Galeni & antiquorum interpretum sententiam, docet Hippocrates, commentationes in re medica constitutas esse, & aphoristicam doctrinam, id est compendiosam & breuem faciendam. Ut tota huius proemij intentio hæc sit. In re medica opus est aphoristicos libros fieri, id est qui breuissime totam rem medicam de qua agitur, complectantur. Alicui etenim absurdum uideri poterit, ab Hippocrate in hoc libro tot digeri & describi, quæ nulla cōtinuatione, nulla ordinata serie iungi possint atque necēt. Propterea huic Hippocrates occurrit, inquiens necessarium esse aphoristicos libros describere, quia uita breuis est, & ars longa. Est autem ars longa, quia experimentum periculōsum, & iudicium difficile. In hoc igitur proemio duorum alterum ab Hippocrate innuitur, aut medicas commentationes scribendas esse, quia uita breuis, & ars longa, & reliqua: aut hoc modo doctrinæ scilicet aphoristicæ rem medicam tradendam atq; enucleandam, quoniam uita breuis, ars uero longa ob experimentum periculōsum & iudicium difficile. Opus igitur est, & mirè convenit in hac tam celebri, tamē necessaria arte breues libros atq; cōcisos describere: quoniam medica ars longa est, & uita nostra breuis ad hæc tam longam artem capessendam, nisi uel commentationes ab authoribus prescriptæ sint: uel breues & aphoristicæ sententiæ: nempe si quis per seipsum tentet, uel etiam ab uno adiutio rem medicam addiscere, quantumcumq; summus uir sit, ingenio præpotens, & qui philosophiæ arcana perquisuerit, tamen longissimam artem esse experietur, etenim occasiones præcipites sunt & momentaria, id est opportunitates ad agendum circa ægrī corpus. continuo enim nostra hæc ex elementis constituta moles fluit. Nunc enim opportunum tempus incidendi uenam occurrit. Si parum immoremur, fugit occasio, ut amplius fieri nō possit. Quum ergo occasio præceps sit, tamen opus est medicum illam addiscere, quæ nisi scripta sit, diu insurabit prius quam occasiones arripere sciat: unde ars longa est, quam & duo instrumenta, quibus ad intueniendas artes ducimur, longam faciunt: experimentum inquam, & iudicium: primum sensu fit, secundum ratione & intellectu, quæ difficultia & longa existunt: propterea & ars ipsa longa erit. Hic est huius proemij, uel primæ partis proemij breuissimus sensus a Galeno acceptus. Nunc particulas omnes quæ in ipso continentur, singulariter percurramus. Hunc enim ordinem in tota nostra commentatione obseruabimus: primum aphorismi sententiam brevibus adducemus, deinde singulas eius particulas contéplabimur, eas & Græcē & Latine adducentes: ut cuiq; Hippocratis uerba in promptu sint, nec illa apud eius Græcos codices querere cogatur.

Onus Βερεχύς. Idest, Vita breuis.] Vitam breuem dixit Hippocrates, & simpliciter ratione temporis, & illam comparando ad artem medicam, quae longa est. Hic uero per uitam animae permanentiam in corpore intelligit. Philotheus uero hoc nomen uita in multa significata distribuit, inquiens: Τὸ τῷ βίον ὄνομα πολλαχός ἔργα ται. λεγεται γάρ βιώστε τὸν τόπον λαβόντα φαμένη, αὐτούς εἰς τὴν τάχα. οὐ καὶ ἣν τὴν χερσῶν καὶ ἣν τὴν ψυχῆς βίον δίνεται. ὡς δὲ φῶντας οὐδὲ οἱ λεροί διελοῦν, οὐδὲ τὰ λοιπά. Βιώστε τὸν τέωτιν δικαίου λαβόντα φαμένη τὸν τόπον λατρεύοντας, λατεράνου φιλόσοφοφ. Βιώστε οὐδὲν ἡ μέγιστη τοῦ γαλονού, λαβόντα λεγεται, ἐπειδὴ βίον ὁ αὐθεώπων σύντομον μετρηγάτος. Βιώστε οὐδὲν τὸν κόσμον, λαβόντα φαυτόν, οὐδὲ τὸν τόπον γαρ τὸν ἀποχωρευτικὸν τῆς ψυχῆς ἀποβίωσιμον προσταγονούμενον. σύντομον οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν τοῦ τελευταίου συμπλοκήν. hoc est. Nomen uita multipliciter dicitur, nempe uita locus uocatur, secundum quem dicimus animalia, quae & in terra & in aqua uiuere possunt, ut uituli marini, & crocodili: & reliqua. Vita & institutum significat, secundum quod dicimus hominem medicam uitam aggredi, & illum philosophicam. Vita & iugatio nuptiarum est, secundum quod dicitur quod uitam iste homo commutauit. Vita & mos animae dicitur, secundum quod dicimus sapientem uitam habere & ornatam, uel econuerso inféperantem. Vita & tempus uitae nostrae significat; ob hoc enim discessum animae uitationem, aut uitae priuationem uocamus. Hæc igitur uita secundum quintum significatum breuis est: quod in artis comparationem dixit. An uero breuis uita sit, non est opus præter ullam utilitatem disputare: quoniam & si homo inter animalia temperatissimus sit, tamen uitæ principia longæna non habet: præsertim ad artem medicam comparantes, quam quispiam addiscere tentet, & non per aphoristicos libros, uel per commentaria ab alijs collecta; sed ex seipso. Respectu etiam temporis quod apud philosophos infinitum est, momætria est humana uita: quæ etiæ multa animalia excedat, breui tamen spatio excedit; quid enim aliud est uitæ nostra spatum, quam septuaginta anni secundum sapientem, uel in potentioribus octuaginta, & hoc totum labor est & dolor. At quot homines id spatum attingunt? nempe rarissimi sunt quos æquus amavit Iupiter, uel forte odio habuit, in hac tenebrarum ualle ueluti in carcerebus praeservans. Galenus in nono libro Methodi medendi tres illas animas, quas in nostro corpore Plato ponit, tres uitæ ipse uocat, que his nominibus explicantur, uitalis, altrix, & ratiocinatrix. Prima sedem habet in corde: secunda in iecore: tertia in cerebro. & paulopost dicit uitam nostram aut ipsas uires esse, aut earum actiones. hæc autem ab anima fiunt per illa organa secundum suas potentias operante. Vnde hic uita erit permanentia atque perseverantia animæ in corpore.

Hæc τέχνη μακρη. Idest, Ars uero longa.] Longa quidem, nisi per compendia addiscatur. Est uero ars (ut Hippocrates in principio libri De arte, docet) aliquid nouum inuenire, quod quidem optimum sit: hocque esse sapientiae officium: quaque perfecta non sunt, perficere. Malis autem uerbis aliorum inuicta uituperare, ars non est; unde optimè dixit, Ars longa, quia apud ipsum ars in inuictione consistit. Velle autem inuenire, longum est. Est etiam longa, ut Galenus dicit in principio libri De plenitudine: quia si notiones plenitudinis nocere uoluerimus, si animalis facultates, si humorū species, oportet esse optimum medicum: quae si possent uno libro scribi, ars longa non esset. In hoc igitur De plenitudine libro, artem longam esse iudicat, ob omnia que in medica arte discuntur, & non solum quia occasio sit præcepis. In principio autem hujus aphorismi artem longam dicit, ob occasionem præcipitem. Idem uero Galenus in principio tertii libri De differentiis pulsuum, artem longam facit propter res ipsas, inquit enim. Nam rerum quum sit ea obscuritas, ut si uel in triplum hæc uita nostra prorogetur, ne tunc quidem exacte nos omnia cognoscamus, & hac adductus re dixerit Hippocrates, Vita breuis, ars longa: quomo do, qui in his quæ ab re sunt, tempus suū ponit, importunitatis propulsabit uitium: quasi uero tam ei multum superet temporis, ut & hunc liceat ei cumulum addiscere, & necessaria per otium indagare. Adde eundem Galenum libro primo De dignoscendis pulsibus, pro sola arte pulsus multos annos requiri uoluisse: unde & tota ars longa est, quum una eius pars multos annos exigat: & idem Galenus in principio sexti libri De simplicitate medicorum facultatibus, Pamphilum quendam reprehendit, qui de herbis differens,

ad aniles fabellas sermonem uertit, incantationes scribens, quas admirabantur dum coligunt. Inquit uero esse dictum ab Hippocrate protinus in principio Aphorismorum, Vita breuis, ars uero longa; ut tempus in inutilia non expenderemus, uerum quam maximo studio festinaremus uiam incedere compendiosissimam, nempe per ea quae sunt in arte utilissima; unde & illos reprehendit, qui in herbis tradendis omnia nomina sequuntur. Est ergo huius partis apud Galenum in isto loco hic sensus, Vita breuis, ars uero longa. Ideo per compendiosam uiam rem medicam addiscere debemus, & tantum utilia sequi. Oribus quoque ita dicit, Sicut enim nutrices infantibus recens natis, quos alendos acceperunt, continuo solidum non offerunt cibum, sed eum quidem seruant dum fuerint prouecti, Sic Hippocrates anterioribus cessans questionibus, protinus uitam dixit esse breuem, & artem longam, rem mediocrem sciens & reticens, quod scilicet medicina speculativa esset & activa, & quod multis modis diuidatur speculatio, multis & actus, qui illa maior. Ideoq[ue] longam artem uita cōparauit breui, ut auditores attētiores redderet. Philotheus & ipse hanc partem ita aggressus est: *η τέχνη δὲ μακρά, καὶ οὐδὲ βραχύς, η μότιστα τὰ οἰκεῖα αὐτῆς μερι, Καὶ δέ ποτε εἰς τέρατα ερχεται. πόστα εἰσὶ τὰ τρώπη τῆς ιατρικῆς; οὐδέ, περιθωρίου, καὶ τὸ πρακτικόν. ἐνάπορον δὲ τέταρτη εἰς πλέονα μιαρέτα. τὸ μὲν θεωρητικὸν εἰς φυσιολογικόν, αὐτὸν δὲ φυσιολογικόν, εἰς σοιχά, λερδοτεις, μάργα, μυναδεις, ἐνεργειας. ταῦτα δὲ ἀλλαχοῦ μιαρέτα, εἰς πλέονα. τὸ δὲ αὐτοιολογικόν μιαρέτα εἰς προσακτητικόν αὐτοιού, εἰς τροφογενέμενα. καὶ εἰς συνεκτίκα. τὸ δὲ σημειωτικόν εἰς τὴν παρόντα φιλογνωσιην, καὶ εἰς τὸν τὸν μελλόντα πρόγνωσιν, καὶ τὴν ποειλυνθοταμ αὐσαμνησιην. τολμηρὸν δὲ πρακτικόν μιαρέτα εἰς οὐγενόν, θεραπωλικόν. τὸ δὲ θεραπευτικόν εἰς μιαττικόν, φαρμακοτικόν, καιρουργικόν. τὸ δὲ μιαττικόν, εἰς γηροκομικόν, αναλυτικόν καὶ πεφυλακτικόν. καὶ ἄπλως τολμηρότερον πολὺ τόταν. μακρα τούντη δέηται τέχνη, οὐδὲ τὰ εὔρεσιν, οὐδὲ τὰ μαθητικά, οὐδὲ τὰ τελέωσιν τὴν μερῶν. οὐ γάρ διμιαττα διαθεωτής εἰδεῖ πάντα, καὶ μαθέμα, καὶ τελειωσιν, καὶ μαθητας αὐτὸς διποκράτης, εἰτώμη, οτι τὰ τῆς ιατρικῆς τέχνης μαθητα, μέγα δει καὶ μαθητη, δις τε εἰς τέρατα εἰλθει τάντης, λατερ γηραλᾶς καθεισκάς.* idest, Ars autem longa & uita breuis, uel ob id quod multæ sunt ipsius propriæ partes, & nunquam in finem uenient. Quot sunt primæ medicinæ partes? Duæ: speculativa, & actua. At utraq[ue] istarum in plura diuiditur. Speculativa quidem in naturalium sermonem, in causarum, & in signorum; ipse uero naturalium sermo, in elemēta, temperaturas, partes, potentias & effectus partitur, hec uero alibi in plures partes dissecentur. At causarum sermo, in extrinsecam causam, in præcedentem & in continuam diuiditur. Signorum uero sermo, in præsentium cognitionem, & in futurorum præudentiam, & in præteriorum memoriam. Rursus actua pars in salubrē, & in curatiuum. Curatiua uero in diæteticam, pharmaceuticam & chirurgiam. At diæteta in senum nutritiuam, resumptiuam & conseruatuum partitur. Multaque de his simplièiter quæstiones. Longa igitur ars est ob inventionem, ob institutionem, ob partium perfectionem: non enim unus homo omnia inuenire potest, & discere, atque perficere. & Hippocrates ipse testis est, inquiens, quod medicæ artis disciplina magna est & longa: quamobrem in finem eius deuenire, & senex quidem scilicet, non satie est.

ο δὲ νοερὸς ὅφες. Idest, Occasio autem præcepis.] Galenus ob hanc præcipitem occasionem, artem longam dicit. Est autem occasio, agendi aliquid opportunitas, quæ momentanea est, nam materia, idest humanum corpus, continuo fluit, & temporis momento transmutatur. Tamen Galenus duodecimo De usu partium libro, post principiū, hanc partem aliter intelligere uideatur, quam dictum sit. Ibi enim considerat neruos, cartilagines, & ligamenta, inquiens in ipsis esse artem admirandam, in quibus tamen exacta inest commoderatio, ut siue addideris minimum, siue abstuleris, euertatur totum corpus: nam quae habent sufficientem latitudinem in creatione, etiam idiotæ audent tentare. Si uero aliquid stricatum fuerit absq[ue] latitudine, neq[ue] qua cunctæ, & uulgari sapientia, neq[ue] negotiatione uersatione modica indiget, propterea ipsam medendi artem longā præfatus Hippocrates intulit. Occasio autem præcepis: tanquam ars longa non fore, si occasio præcepis non esset, sed sufficientem haberet latitudinem. Ac si iste sit Galeni sensus, Quum medicus neq[ue] ante opportunū tempus, neq[ue] post agere debeat: opportunitas uero in momento cōsistat: ideo ars longa est: uel etiam ad illa referamus, quæ humano corpori applicantur

tur, quoniā illa dare oportet, quae nec in tali caliditate, nec in tali frigiditate excedant, aut deficiant. hoc autem modo intelligi posse exēplum quod in Galeno sequitur, testatur, inquit enim, in fabricā di arte symmetriā in angusto esse, quam si excesseris, uel si ab ea declinaueris, non est amplius symmetria, propterea Grēce dicitur ὄψις, quod proprie acutū significat, ex quo minimum quoddam significatur, à quo si uel per excellum, uel per defectum deflectas, errabis. Ob hanc causam ueteres pingebāt τὸν καρπόν, idest Occasionis deū cum nouacula, ut constat ex Grēco epigrāmate Posidippi. Hippocrates in libro De probitate, occasionē præcipitem esse docet, ubi iubet medicū crebrō ingredi ad agrum: nam quæ in humidis locis gignuntur, statu non sunt: quapropter facile, & suapte natura, & fortuna mutantur, quæ nīl suo tempore consideretur, quodam impetu præcurrunt & præueniunt, tolluntq; quum non est quod succurrat & opituletur. Quod idem est ac si dixerit, Occasionem præcipitem. In principio præterea libri De præceptis, inquit. In tempore esse occasionem temporis, & occasionē temporis esse illam, in qua non est multum tempus: unde curatio fit in tempore, aut in temporis occasione, ut pro comperio habeatur, occasione secundum ipsum esse momentaneam opportunitatem agendi in tempore. De hac etiam occasionis breuitate, in qua agere debet medicus, nō nihil tractat in primo libro De morbis Hippocrates, exemplum ponens parturientis percussæ, quam citō conservare debes. nam hæc celerrimū auxilium petunt: nec sufficit paulopost agere, quia pereunt plurimæ, si paulopost agas. In fine etiā libri De sacro morbo, ab Hippocrate docentur, Medicum omnem temporis occasionem cognoscere debere, an hoc, uel id dandum, & quando dandum. & prope finem libri De locis in homine inquit: Temporis autem occasio est, tantum cibi suo tempore porrigerre, quantum corpus cui datur cōficere & superare potest: nam tunc, quod mouere debet & bilem & pituitam mouebit, quodq; inflammare, inflammabit. Quare si cibos intestina conficere superabuntq; morbus nullus cōtrarietasq; nulla suscitabitur: quam temporis occasionem medicus & potest & debet scire: quam si præteriūt, nec obseruet, omnia in contrarium delabuntur. Adde quæ ab eodē Hippocrate in epistola ad Crateuam scripta sunt, ubi dicit, Nam ab omni arte, aliena est perenditatio & procrastinatio, potissimumq; à re medica, in qua prætermisso, uitæ periculum & animæ est. temporū enim occasiones, medelarum sunt animæ, quarum negligens obseruatio & custodia finis est. Si præterea naturæ uel temporis, uel aliqui occasionis error aliquis fit, mortales enim nos multa latent, & præterciunt, utpote ueritatis exactæ, & rerū non penitus perspicaces, ut ex his omnibus aperte habeatur, difficile esse & longum occasiones addiscere, unde & ipsa ars longa est. Præcipitem occasionē dixit Oribasius, quia omne quod immutatur, nīl uelocitatem habuerit, immutari non potest. Symas in exemplum fluuium currentem sine intermissione, in quem si uolueris digitum ponere, & releuare, iterumq; deponere, non eandem aquam tangit, sed modo unam, modo aliam. Quatuor itaq; sunt tempora, siue generalia, siue specialia morbis cognoscēdis, uel præsidij adhibendis, uel cibo dando, initium, augmentum, status & declinatio. Hæc Oribasius. Philotheus uero in hac parte dicit: οὐδὲν τοι λαγός ὄψις, οὐ τοι τὸν βούθυμοταγ, οὐ νοσημετωπία. ἐπειδὴν πάραπτε χει, καὶ λανθάνει τὸν ἡμέτερον αἰδονοῦ, οὐδὲ τὴν συσχέψιν τὴν διαγνωσίν τους, ὡς τὴν τὴν λογον ποσάγει τὸν βούθυματα. πολλοῖς γάρ ἐλθὼν τις πᾶς τὸν περίφεσον, συνέδην ὡς τὸν λαβεῖν τὸ δέ τὸ φάρμακον επεισῆλθε. Καὶ εἰσελθὼν μετὰ τὸν ἄρρενα, οὐκ ἀδικήσει τὸν θωματα. ἀλλα γάρ ὡρα γέγονε. οὐδὲν μέτα τοῦτον, οὐδὲ τὸ βούθυμον τῆς ὕλης, ὄψις οὐδὲ λαγός. ἀδικίασθαι γάρ τοι αὐτὸν σώματι οὐδὲ ὅστις τοι πειτερεύειν. πολλοῖς γάρ δεῖται τροφῆς ὁ ἔργων, καὶ μελονταί τὸν θωματα ποιεῖ. τῶν ἐπίδοσις, ιστεβαλεῖ τὸ παροξυσμόν, οὐ σύμπτωμα τι, οὐκέτι λατεῖται. idest, Quod quidem occasio præcepis, uel præsidiorum & morborum, quoniā prætercurrit, & latet nostrum sensum, & illam cognoscere difficile est. Sicut & secundum rationem admouere præsidia. Sæpe enim quispiam ad ægrotum profectus, consulit ipsum uel hoc uel illud medicamentum accipere, quoniā oportebat, & si post duas horas accesserit, ipsum dare non poterit. alia enim hora facta est, uel igitur ob hoc, uel ob materię defluxum præcepis est occasio: nam impossibile est idem corpus bis eodem modo contingere: sæpe enim æger nutrimento indiget, & circa incrementum dare debentibus accessio superuenit, uel aliquod symptoma, quod dari alimentum prohibuit. Breuis igitur inferamus, temporis opportunitatem ad agēdum circa ægrum esse præcipitem.

cipitem, quam Græci *νοερὸν* appellant; unde & M. Cicero primo Officiorum libro, ubi de decoro à loco ac tempore agit, inquit, Tempus autem actionis opportunum, Græce *συνημέτρα*, Latinè appellatur occasio. Sic fit ut modestia hæc quam interpretamur, ita (ut dixi) scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum, unde probe à Leonceno καιρός occasio interpretatur.

H δὲ τείχισ σφαλέρη. Idest, Experimentum uero periculosum.] Ob subiecti nobilitatem; quoniam in alijs artibus eti experiamur, nihil aliud mali contingit, quam subiecti pretium amittere, quod facile potest in aliud cōmutari; sed in re medica subiectum est corpus humanum, quod si amittatur, amplius regredi non potest, unde in homine experiri tentare periculosum est. Experimentum uero est alicuius rei particularis probatio, an ali cui ægritudini conueniat, an non conueniat; idēq; sensu percipitur, deinde ex multis experimentis sensu conceptis uniuersalis propositio inducitur. Est ergo longa ars, quia occasio præcepit, & experimentum periculosum. Oribasius hoc modo ambigit, Quæstio hic uenit contra Hippocratem, si experimentum est quare fallit? Et occurrit talis solutio: Po ne esse podagrericam passionem, & intenuit medicus præsidium expertum in podagrericis, & nescit utrum initis conueniat, an in augmento, an in statu, an in declinatione, & si conuenit in statu, dat illi in augmēto, & fallit. Omne enim quod fallit, tribus modis fallit, aut ex opifice, aut ex materia, aut ex organo: si opifex peccat, medicina non peccat, materia uero peccat. Hactenus Oribasius. Philotheus etiam dicit, οὐ πάρεστι σφαλέρη, τούτου δὲ επιπεριτριχία ἀφελούντων, οὐδὲ τὰς ἄξεις τοῦ θεοκειμένου, ηγέρη σώματος. οὐ γέρη πλήνθοι, καὶ σκύτη, καθάπτει ἀλλα τοιχῶν ἡ ὑλὴ τῆς ιατρικῆς δύνη. οὐδὲς ἀλυτοῦ δὲ περιβόλαιος πολυειδῶς. ξύλου μὲν γέρη ποσκότος λακάς μεταχειρίζειν, οὐδὲς λινῶν Θ. αὐθεάτων δὲ σῶμα παρέδωσε παπειρασμοῖς οὐκ ἀσφαλές, οὐδὲ φρεροῦ τοῦ ζῶου τῆς λακῆς πάρεστι λειτουργεῖ. ἔλλως δὲ οὐ πάρεστι σφαλέρη, οὐδὲ τὰς λείσιμης εἶναι χαλεπήν. Idest, Iudicium autem difficile, hoc est experientia eorum quae iuvant, propter subiecti uel corporis dignitatē: non enim lateres & lutum & corium, sicuti in alijs artibus, medicæ rei materia sunt, in quibus multi pliciter experiri nihil affert molestiæ: in ligno enim uel corio male pertractando nullum est periculum; in hominis autem corpore, quod inexpertum est experiri, non est tutum. Malo enim experimento in perniciem animalis desinente. Alioquin experimentum periculosum, quia iudicium est difficile.

H δὲ λείσιμης χαλεπήν. Idest, Iudicium autem difficile.] Galenus per iudicium rationem intelligit, per quam quicquid agendum est, iudicatur. Est autem uera rationē facilis, quod per opinionum multitudinem quæ in arte medica sunt, ostendit potest. Idem Philotheus sentit, inquit: τολμαὶ δὲ οὐ λείσιμης χαλεπήν, τοτέσιν δὲ λόγος δὲ πλυσικατάλυσης, ηγέρη μεταχειρίζειν αὐτούς λακάς λόγος, οὐδὲς ποσκότος δύνη, εἴτε σώματος δύνη, εἴτε περιβόλαιος Θ. οὐτως οὐδὲν καὶ δὲ τῆς ιατρικῆς λόγος, οὐδὲς πλήνθοι δὲ περιβόλαιος ιατρικῆς τοιχηρούς αὔριστων. Idest, Rursus autem iudicium difficile, hoc est ratio, ob comprehensionis difficultatē. Etenim usq; ad præsens tempus philosophi de celo disputatione, siue corpus sit, siue incorporeū, & an finitum, an infinitum. Sic igitur & de re medica sermo, ut opinionum multitudo circa medicam artem ostendit. Oribasius uero dicit, iudicium difficile, ad fallax experimentū: iudicium enim duobus modis sit, aut ad uitam, aut ad mortem. Sed ipse nimis arctat hic iudicium, quia fieri debeat. Empirici per iudicium id intelligunt quod ex experimentis colligitur, quod & difficile est. Nam si alicui ægros clyisma impositum sit, & emplastrum adiectum, & cibi cōuenientes sint exhibiti, adeo ut sanetur, iudicium difficile est, scire inquam quod nam horū iuuenterit, an clyisma, an emplastrum, an cibis: & ideo secundum empiricos, iudicium quod ex experimentis ducitur, difficile est: tamen à Galeno suademur, per iudicium rationem potius intelligendam esse: quia Hippocrates dogmaticus fuit, non empiricus: hocq; de difficultate iudicij ab Hippocrate in libro De præsca medicina edocetur, quium inquit, Multæ enim res sunt in arte medica, ad quas exacta diligentia, peritia & obseruatio usquequaque non potest penetra-re. Ideo opus est iudicium difficile esse, quæ omnia artem longam ostendunt. De iudicio differit Galenus nono libro De decretis Hippocratis & Platonis, quod sensu & ratione fieri ostendit: nam ut intelligibilium iudicium ratione sit, ita sensibilium sensu. Nihil ramen impedit, & huic parti hunc sensum accommodare. Vita breuis, quia ars longa: ars uero

uerò longa ob occasionem præcipitem. Quum uero dura fuerint antiquorū medicorum sectæ, Dogmatica, & Empirica (nam rationalem ad dogmaticam nonnulli deducebant, quāuis differre certum sit) & si ipse dogmaticus sit, tamen artem longam esse per utrasq; sectas probat, per empiricam, ob experimentum, quia experimentum periculosum, ideo ars longa est. Deinde per dogmaticam hoc probat, quæ rationē sequitur: nam iudicium, idest ratio agendorum difficultis est, ut has duas particulas ponat, Experimentum periculosum, & iudicium difficile, ad artis longitudinem, in quacūq; secta detegendam, uel intelligamus per has duas sectas Rationē & Empiricam, quia ipse dogmaticæ author fuit, inter utrasq; mediæ rationalis enim rationē solā sequebatur, empirica solum experimentum. Ipse uero & experimentum & rationem in sua dogmatica secta complexus est. Et si quis dubitet, si hæc pars ad hunc librum procemium sit, ubi erunt tres illa procemij partes ab Aristotele in tertio Rhetoricorum positæ, & à Boetio in libro Topicorum Ciceronis repetitæ: Benevolentia inquam, docilitas & attentio. At hæc omnia hic inueniri facile possunt, si quis recte Hippocratis uerba contempletur. Nos uero hæc potius rhetorici consideranda omittemus, ut breuius institutum nostrum prosequamur.

Δε δὲ οὐ μόνον ἐστὸν τὰ διανοτὰ ποίουσα. Idest, Oportet autem non solum seipsum præbere opportuna facientem.] Hæc est huius aphorismi secunda pars, quam nonnulli aphorismum esse iudicarunt; alij, aphorismi partem. Philotheus uero in praefatione sua aliud procemium esse putauit, quum inquit, ιστορὶ δὲ ὅτι δύο ἀρρομένια ἔχει ταραχῆσαι πραγματεῖα, καὶ τὸ μὲν πρῶτην θύμην ἀποφανθίσκει, οὐτως πρεπήσκει προτροπὴν τῷ, ὁ βιθυναῖς, οὐ δὲ τέχνην μαργαρ. οὐ δὲ δύο τρόπου συμβουλεύειν τῷ, οὐδὲ δὲ οὐ μόνον. εἰσὶν τὸ περιέχειν, καὶ τὸ ἐφέσαι. idest, Scindendum uero quod præsens tractatus duo procemia habet, & primum quidem enumtiatiuum est uel dehortatorum per admonitionem hanc, Vita breuis, ars uero longa; alterum uero consultiuum, hoc inquam, Oportet autem non solum se ipsum præbere, & reliqua. Vnde & Galenus hic dicit, hanc partem non esse similem pronuntianti, sed consulenti. & ideo in hac parte Philotheus non dicit amplius esse procemium; sed οὐτε οὐμβούλουσθίσιν θύμην ἀφοεισησός. idest, Hic aphorismus consultiuus est, facitq; hanc partem secundum aphorismum. Idem fecit Oribasius, inquiens, In primo aphorismo de longitudine artis & breuitate uitæ locutus est: ut hi qui futuri sunt medici, cum omni fortitudine atq; constantia animi studio incubant; ideoq; merito eam arduam & longam esse dixit; deinde uolens animos eorum fatigatos recreare, sedulitatem discendi addidit. Non solum, inquiens, medicus debet esse cautus apud seipsum, sed & omnia rationabiliter agere, ut ægri animum oblectet; unde qui omnia, quæ in hoc libro scripta sunt, considerare uoluerit, non solum oportet seipsum præstare opportuna facientem, & nihil prætermittere quod ægro conducere possit, sed & ægrum & assidentes & quæ extrinsecus sunt, se ipsa eodem modo præstare oportet; quæ omnia ad procemium spectare uidentur, quia unitus hominis uita breuis est, ratione totius artis medicae. Propterea aphoristicos libros facere debemus, & medicus omnia agere debet, ægri, assistentesq; ut in flñ intentum perueniatur. Hanc partem non solum hic Galenus, sed etiam primo De diebus decretoriis libro, de medico intelligit, quem seipsum præstare oportet opportuna facientem, idest totam eius mentem ponere debet, ut conuenientia condecentiaq; circa ægrum agat. Et Hippocrates post principium libri De medico, qualis nam debeat esse medicus ostendit, ut sciat præcepta quæ ad medicam artem pertinent, per quæ eius artifex dicendus est, hæc sunt, uti quim discere, medicatinq; artem exercere coepit, studeat, discat, sciat, quæ ad munus medicum pertineant, & ea circa ægrum agat quæ paulatim ab Hippocrate numerantur. Tu illum eodem loco cõsidera. Philotheus uero exponit quid sit præbere seipsum opportuna facientem, inquiens, τοτέσι κάστους ἔνει, καὶ πρῶτον οὐτε ἀρρομένη, οὐτε τετταράκοντα κάστους, καὶ οὐτε λόγον τὰς λαρπίας ποιεῖν. idest, Hoc est sapientem, manuistrem & decentem, & ad ægrum modeste ingredi, & secundum rationem res medicas exercere.

Αλλὰ οὐτε τὸν νοσοντα. Idest, Sed & ægrum.] Non satis est medicum iubere, ut quæ conuenient agantur, sed necesse est & ægrum parere, & ea agere quæ à probo medico iubentur. Plerunq; enim accidit ægri uitio, & non medici, ut moriatur, quia obedire noluerit & utilibus medici præceptis, ut Hippocrates loco præcitato libelli De medico ostendit

ostendit; id est mihi indies contingit, ut qui salubria præcepta contemnunt, desiderentur. Galenusq; in primo De diebus iudicatorijs præcitate libro, iubet ægrū in omnibus præcipienti scilicet medico obtemperare, nihilq; ex intemperantia peccare. Hippocratesq; in libro De arte, idem ostendit; nam quum ea enodauerit quæ ante curationem à medico consideratur, addit: Languentes uero nec cur langueant, nec cur non langueant, sciunt; nec ex praesentibus præteritis ueuentura prænoscunt, nec cur ea facere iubeantur quæ medici mandant; præsentia quidem dolent, futurumq; metuum, sed tamen morbo pleni, cibarijs uacui, potius ea captant quæ placent & morbum augeant, quam quæ salutem parent: non quod mori cupiant, sed quia malum ferre nequeūt; ideo opus est eos parere, alter moriuntur. Nec medici propterea damnandi sunt: quod tamen apud nostrum vulgus plerumq; usu uenit, ut medicos damnent, quū culpa ipsa in ægris morosos & inobedientes reijienda esset. Hippocrates in fine libri De probitate, idem asserit.

Kαὶ τὸ πρόπτερον. Idest. Et assistentes.] Per quos, ministros intelligit, qui ægros gubernant, qui omnia etiam agere debent quæ medico conueniunt & à medico præcipiuntur. Vnde Hippocrates in fine libri De probitate, de his assistentibus loquens, inquit, Quisq; harum rerū peritus præsit & adiutat, qui mandata non aspere exequatur, quodq; mandatur subministret. Deinde inquit: Nihilq; rudibus concesseris mandaueriscq;: quod si feceris, malefacti uituperium ad te ueniet. In libro etiam De arte, iubet assistentes ea agere, quæ agenda sunt. Et Galenus in primo De diebus decretorijs, inquit: Prostea n̄ quid adsum ei, nihil erroris committant, ut uel iram ideo concident, uel tristitiam ex intemperituis nuntijs adferant, uel offensam, quod imperficiunt in re administranda se gerant; sed apparatus omnis ante iudicij tempus prompte statuatur, obsonia pulchre parentur, ministerium uita exhibetur. Quæ omnia ab Hippocrate etiam fine libri De probitate, multis etiam alijs additis enumerantur. Philotheus hic dicit, καὶ τὸ πρόπτερον τὸ τηλέον τὸ τὸ αὐτοῖς, καὶ τὸ ἀποκείσθαι, περὶ τὸ μὴ ἀπωγέλειν τὸ θλιβόφυτον καὶ μυροῦ. Idest. Et ministros idoneos ad petitiones & responsones, ne ægro quicquam quod animum affligat annuntient. Vnde & Oribasius dicit, Sed & ministri ægrū obseruent, ut in nullo pectent, & ea quæ foris sunt, nihil impedian, hoc est nuntius malus, aut strepitus aliquis, aut sonus, aut pluuiæ, aut torrens. Ista enim omnia nocere infirmo, & crisim futuram impedi re solent, quæ non solum ad ministros referri possunt, tanquam ea quæ ab ipsis prohiberi debeant, ne ab ægro sciantur: sed etiam ad ea quæ exteriora sunt, iungi possent.

Kαὶ τὸ εξωθήν. Idest. Et exteriora.] Quæ sint exteriora non solum hic à Galeno refertur, sed longius etiam in primo De diebus decretorijs, quum dicit: Insuper quartum genus eorum quæ recensuimus, apposuit: nominat ipsum uno complexus nomine exteriora, diuersum licet existat, ac hac culpa uacet. etenim pluuiæ, tonitrua, fulgura, uincorum tumultus, canum latratus, graffationes latroni, domus ruina, defluens aqua, fluitus irruens, incendia, iustus, atq; huius generis uniuersa exterioribus attribuuntur. Et Hippocrates in fine libri De probitate, exteriora enumerat, præsertim habitationes, quæ pro languentium qualitate mutari debent. Et in libro De medico, lumen considerat, luxum, instrumenta, fascias, linteola, & plura alia extrinseca, tamen ægro necessaria. In libro etiā De arte, ab Hippocrate exteriorum mentio fit. Galenus igitur in primo De diebus iudicatorijs libro, hæc quatuor enumerat, quæ hic ab Hippocrate scripta sunt: Medicus, æger, assistentes, exteriora. Si hæc recte tractata fuerint, & quæ agi debent, probe agantur: iudicationes suis statutis diebus sequuntur. At si unum horum aberrabit, impeditur, nec rite medicus prædicere poterit. Philotheus hic dicit, καὶ τὸ εξωθήν συμφωνῶντες. εξωθήν δὲ ὀνομάζεται τὸ πολεῖχον Θέμας ἀπόφύσιν, καὶ τὸ τὸ οἰκοῖς θύλακων τε, εἰ γέτει λύριδαι οὐγίαι, ταῦτα πάντα θεονταί εἴναι τοις θρομεα. Idest. Et exteriora conuentitia. exteriora autem nominat, aeris ambiētis nos naturam, & ea quæ circa domicilia conturbant: si enim sanitas fieri debeat, hec omnia concurrere oportet. Oribasius Hippocratem intelligit, quod per exteriora id uelit, ut hi qui ueniunt ægrum uisitatum, unā sint cum medico, & omnia illa etiam intelligit quæ superius dicta sunt. Si uero extrinseca ad certa genera deducere uolueris, sex erunt, quæ non naturalia uocantur, scilicet cibus & potus, somnus & uigilia, euacuatio, repletio, aer ambiens, motus & quies, animi perturbationes: hæc cę ad huius aphorismi interpretationem satis sint. Tamen ne quidquam sponte præter-

prætermittere videar, ex his quæ ad huius partis intellectionem facere tridentur, dicamus præter rem non esse, huic Aphorismo talem sensum condonare. Mens Hippocratis est discentes hortari, ut omnia ad unguem perdiscant, & totis uiribus pro sanando ægro insident; & unaquæc; harum particularum, quæ in secunda aphorismi parte est, uni corresponeat ex his quæ in prima parte scripta sunt, hoc modo. Quia uita breuis est, & ars longa, ideo seipsum præstare oportet opportuna facientem; & hoc non est satis; sed quia occasio præceps, ideo & æger seipsum præstare debet opportuna facientem, ut medicus suo tempore agat quæ recte agenda sunt, ne præceps occasio fugiat. Sunt enim plures ægri, qui medicorū præcepta quantum fieri potest, evitare nituntur. At quia experimentum periculoso, ideo assidentes præstare se debent opportuna facientes, ne uelint & ipsi præter medici præcepta, quandoq; magno ægrorum incommodo experiri, nec illi molesta dicant, nec ex his quæ à medico dicta sunt, quicquā mutet. & quia iudicium difficile, propterea & ipsa exteriora opportune applicata sint, & opportune facta. In his enim iudicio, id est ratione indigemus. Si hic sensus placet, illum sequaris; si minus, præcedentem interpretationem perleges.

GALENI PERGAMENI IN APHORISMOS
HIPPOCRATIS LIBER PRIMVS

Nicolao Leoniceno Vicentino interprete.

HANC ORATIONEM siue unus sit aphorismus, siue plures, esse procēdium totius operis, pro confessō habetur apud omnes fere eius expōsidores. Quid uero sibi Hippocrates uolens tali utendum procēdīo censuerit, non parum sententiae ambigunt. Forte uero id ipsum inueniemus, si singulas orationis partes prius diligentius considerauerimus. Quod quidem igitur uitam dixerit breuem, artis cōparatione, omnibus libri expositoribus est manifestum. Artem uero ipsam hac ratione arbitror longam existimare: quoniam omnium fere operationum occasionem habeat momētaneam, & ob id difficulter comprehensibilem, ut nemo eam possit agnoscere, nisi qui diu in hoc fuerit exercitatus. Et quum duo sint instrumenta ad artes inueniendas necessaria, alterum, scilicet experimētum, periculosum est; alterum uero, ex ratione iudicium, haud quaquam facile existit, imo sicuti aliquod aliud, maximam haber difficultatem. Est igitur occasio præceps, quia materia circa quam uersatur ars, continue fluit, corpus siquidem nostrum mutationibus obnoxium est, neq; à causis extrinsecis tantum, sed etiam ab intrinsecis faciliter alteratur. Experimentum uero periculosum, propter materiæ dignitatē, non propter transmutationis facilitatem: hæc enim in momentanea occasione continetur. Iudicium uero, si quis (ut ego altero) pro ratione audiat, si quet ipsam esse difficillimam, quum ad hoc usq; æui, ambigua permanferit. Si uero, ut nonnulli, qui se ab experientia empiricos nominant, opinantur, per iudicium intelligat, eorum qua ex experientia eueniunt disputationem, sic quoq; non est obscura eius rectitudinis difficultas. Sed authorem libri esse dogmaticum, in tota ostenditur commentatione. Prima itaq; procēdij particula ad hunc usq; locum terminatur. Secundam autem scribit non pronuncianti similis, sed consilenti. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora. Quorum uerborum uis talis existit, si debes exquirere, & eorum qua in hoc libro scribuntur, examinare ueritatem. Non modo te ipsum medicum oportet omnia quæ conuenit agere, sed & ægrum, atq; ministros, & præterea exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaq; pars orationis hoc unum caput complectetur. Vita breuis, ars uero longa. Nam reliqua quæ sequuntur, artē esse longam demonstrant. Post hanc secunda pars, quoddam ueluti consiliū affert, uel pacum, ad eos qui librum lecturi sunt, ac dijudicaturi. Sed quidnam sibi uult, statim in libri principio hoc scribēs, breuem esse uitam, si ad artis magnitudinem conferatur: Nam & hoc ipsum indagare ab initio proposueramus. Sunt ergo nonnulli qui uolunt, id egiſſe Hippocratem, exhortandi homines gratia ad artem nauiter exerceſdam. Nonnulli contrā, dehortandi causa. Quidam uero ad hunc finē, ut experirentur atq; discerneret eos qui nauiter, & eos qui fecus, artem essent

essent exercitatur. Alij autem & in hoc uolunt, ipsum causam attulisse, ob quam oportere
 scribere commentationes. Quidam adiiciunt aphoristicas. Quidam uero & hoc sermone
 uolunt ipsum causas assignare, propter quas haec ars sit coniecturalis. Alij autem ex quo
 causis contingat medicos suo fine frustrari. Hi igitur, ut a postremis incipiam, mihi omni
 no uidentur nihil consonum dicere. Qui enim hoc esset sapiens inuentum, aut dignum
 Hippocratis sententia, statim circa initia operis docere, uel quod ars quedam coniectu
 ralis sit medicina, uel quod eius frustramur fine, siue hoc fiat ex nobis ipsis, siue ex magni
 tudine artis. Sed & uerba illa. Nec solum oportet praestare se ipsum oportuna facientem,
 sed & ægrum, & assidentes, & exteriora, contrarium omnino demonstrant. Haec enim
 omnia, illi magis scribere conuenit, qui profiteatur omnia quæ in libro continentur esse
 uera, quam qui fatentur ob plurimas causas non sortiri finem. Neque enim dixisset, Opor
 tet autem sed post illa uerba, Vita breuis, ars uero longa, occasio præceps, experimentum
 uero periculorum, iudicium autem difficile, haec alia subiunxit. Et medicus ipse etiam delin
 quit, & ægri, & eorum ministrari. Sed neque illi qui aiunt uoluisse ipsum auertere à studio medi
 cine, cum dicat, Vitam esse breuem, artem uero longam, uidentur mihi conuenientia di
 cere. Nam extrema foret dementia simul scribere commentationes, & tradere posterita
 ti ad uitæ utilitatem, & simul ab initio, non solum à legendis, atque discendo ea quæ scripsi
 dehortari, sed ab arte uniuersa cuius doctrinam profitearis, abalienare. Qui uero aiunt
 uoluisse ipsum homines ad artem impensiori studio capessendam excitare (neque enim ali
 ter potest tota tempore breui, quum sit longa, perdisci) Hi & si aliquid ueri dicunt, non ta
 men mihi uidentur, uel uiris sententia dignum, uel his quæ in libro scribuntur, procerum
 congruens satis ostendere. Sicut neque quicunque arbitratur, hoc genus sermonis fuisse ab
 Hippocrate usurpatum, tentandi gratia illos, qui ad artem accedunt. Verum enim est,
 quod etiam à Platone dicitur, hac maxime uia periculum fieri illorum animi, qui quanuus
 artem sunt percepturi, si magnam, atque difficilern esse eius perceptionem ostendamus: at
 hoc haud quaquam per librum, sed per mutuos sermones agitur. Neque mihi congruens
 uidetur præsentis commentationi, si quidem procerum oportet his quæ sunt in libro scri
 benda cohaerere. Nisi forte quis sentiat, omnium librorum primos esse legendos apho
 rismos, atque ideo in procerio commentationis, communem fecisse de uniuersa arte ser
 monem, per hunc uolentem ostendere, non posse unum quicunque pro suo arbitrio artem di
 scere medicinalem, quæ longa sit, sed illos tantum quibus suppetat tempus ad discendum,
 & si natura ad hoc aptior. Quod si omnino probabile appareat, hanc totius artis com
 munem esse præfationem, neque illi sunt reprehendendi qui aiunt Hippocrate causam assi
 gnasse, ob quam commentationes scribere oporteat. Fecit autem & in libro qui *λεξις ιν*
τρόποι inscribitur, omnium lectionum cōmune procerum quemadmodū in eiusdem libri
 expositione fuit à nobis ostensum. Quicunque igitur uel doctrinæ modi, uel omnino com
 mentationū necessitatibus, uolunt causam in procerio assignari, mihi uidetur eorum sententia
 preferenda. Nam forma doctrinæ aphoristica, quæ omnes rei proprietates quæ breuissimis
 uerbis circumscribit, est illis utilissima, qui uolunt breui tempore artem docere longam.
 Atque hoc omnino, uidelicet scribere commentationes, ob id quod uita sit breuis, si ad artis ma
 gitudinem conferatur, summā habet præ omnibus alijs rationem. Nemo enim nostrum
 sufficiat, ad artem simul & constituendā & absoluendā, sed satis uideri debet, si que multo
 rum annorum spatio priores inuenient, posteri accipientes, atque his addentes aliquid, illam
 aliquando compleant, atque perficiant. Vel enim propter istorum alterum, uel propter
 utrumque, mihi uidetur tali esse usus procerio, ac si ita scripisset. Quoniam artis magnitu
 do uitam excedit hominis, adeo quod ab homine quantumvis diligēti, ac laborioso, non
 possit, & inchoari, & ad finem usque perduci, propterea opera pretium est, quæ quisque co
 gnouit ea mandare literis, & tradere posteritati commentationes, quæ rerum docenda
 rum naturam omnem diligent, ac cito, & sermone dilucido interpretentur. Quod uero
 ars longa sit, uerba haec quæ subsequuntur ostendunt. Occasio præceps, experimentum
 uero periculorum, iudicium autem difficile. Quasi ita dixerit. Vita breuis, ars uero longa,
 quoniam occasio præceps, & experimentum periculorum, & iudicium difficile. Propter
 hoc enim & ars longa, quoniam occasio agendorum in ipsa est admodum præceps, hoc
 est angustissima, & ferè momentanea. Et præterea cum sint duo instrumenta per quæ re
 me dīa

media inueniuntur, ratio scilicet, & experientia, haec quidem est periculosa, ratio uero difficultis, hoc est non facilior altera cognitu. Vera autem esse quae dicuntur, non est difficile paucis ostendere. Occasio enim praecipps est, propter materie fluxum, dico autem corpus, quod continue fluit, & mometo temporis transmutatur. Experimentum autem, & ipsum perisulosum, materiae ratione: neque enim lateres, lumen, ligna, lapides, tegulae, & coria, ita artis medicinalis, sicuti aliarum materia sunt, in quibus multis modis impune licet experiri, & circa materiam exercitari, & in omni theorematum meditatione uersari. Quod in lignis fabri lignarij faciunt, in corijs corarij, ligna enim & corium, si male tractando destruxeris, nullum exinde periculum. In corpore autem humano illa experiri quae non sunt experientia comprobata, non est circa periculū, cum mala experientia ad totius animalis interitum terminetur. Et quidem iudicium (est autem ratio ipsa iudicium, quoniam per eam quae sunt facienda iudicantur) difficile est, & uerum iudicium, seu uera ratio non facile inuenitur, quod multitudo hæresem in arte ostendunt medicinali. Neque enim si ueritas esset inuentu facilis, tot ac tanti uiri qui illam perquisierunt, unquam fuissent in tam contrarias factas dispartiti. Empiricis uero non uidetur ratio dici iudicium, sed ea quae fit, illorum quae per experientiam inuenta fuere, auxiliorū diadicatio. Nam ut uerum fateamur, & haec difficultis est, & non facilis exploratu, quando multa remedia adhibita fuerunt ægrotanti, & aliquod illorum in causa fuisse dicatur, ut æger uel melius se habeat, uel deterius, quem si forte cōtigerit, uel dormisse, deinde unquam fuisse, & postea emplastrū adhibuisse, deinde clysterem, uel spontaneam habuisse uentris defectionē, & deinde comedisse, & tales assumptissimis cibos, & post haec omnia, sensisse iuaramen, uel detrimentum, non facile dictu est, quidnam eorum quae circa ipsum facta sunt, aut iuuerit, aut nocuerit. His igitur ex causis omnibus, iudicium perdifficile est. Iam enim sermonem totum uno capite colligamus. Ars quidē longa sit, si eam unius hominis uita metiamur. Expedit autem relinquere posteris cōmentationes, præsertim compendiosas, atque aphoristicas. Nam talis doctrinæ modus, & ad primam disciplinam, & ad illa quae didicerimus memoria retinenda, uel si forte obliuio interciderit, ad memoriam reuocanda, utilissimus est. Consonant autem his & uerba sequentia: nam ut qui procēnium fecerit ad cōmentationem, & ad ea quae in ipsa scribenda erant, convenienter subinferens, haec protulit uerba: Non solum oportet præstare se ipsum opportuna facientem, sed & ægrum & assidentes & exteriora. Si quis, inquit, aliquando dijudicaturus est quae in hoc libro scribuntur, quanti habeant ueritatis, non solum se ipsum præstare debet opportuna facientem, & nihil quod ægro possit conducere prætermittentem: sed & ipse æger parere medico, & in nullo propriæ indulgere uoluptati, ministri etiam idonei assidant oportet, & ut exteriora omnia adsint apparata. Nam propter illa plerūque, uel præcognitionem, uel curationem interrumpi contingit. Exteriora autem sunt habitationes idoneæ, uel turbarum plenæ, uel omni turba uacantes, & præter ea quae nuntiantur aut aguntur, qua iram, tristitiam, aut aliquem alium affectum infligunt ægrotanti. Sicut & illa quae soporem nocturnum abrumpunt aliquando, quae militia super milia possunt contingere. Si igitur, inquit, haec omnia bene & recte se habuerint, nihil eorum quae in hoc libro scribuntur, falsum esse inuenietur.

ANTONII MVSÆ BRASAVOLI ANNO/
tationes in Commentarium Galeni.

IN HIS nostris in Galenum commentarijs hunc ordinem seruare statuimus, primo per partes Galeni sententiam referemus. Interim si quae erunt annotatu digna exponentes, & (ut fieri poterit) ampliantes. Deinde si aliquæ ambiguitates incident, eas breui, & quo facilius fieri à nobis poterit, disoluemus. Nempe statuimus rei medicæ tantum uacare, & non inutilibus disputationibus, qua potius tanquam ad fireneos scopulos remorantur lectores, quam utilitatem discentibus præsent.

PRIMO Galenus docet, uel haec oratio sit unus aphorismus uel plures, apud omnes ferè interpretes pro confesso haberit, esse præfationem ad hunc librum. At dubium est quid uoluerit Hippocrates per hoc procēnium: quod facile dissoluetur, si singulas

orationis partes prius diligentius considerauerimus. Principium huius commenti, in prima nostri antiqui codicis lectione ita legitur, ὅτι μὲν οὐτός ὁ ἀφορισμός, εἰτε εἰς διηγήσην, εἰτε πνεούματος δια. In secunda uero lectione, & in Aldino contextu eodem modo habetur, ut Leonicenus interpretatus est, scilicet, ὅτι μὲν οὐτός ὁ λόγος, εἰτε εἰς ἀφορισμός διηγήσην, εἰτε πνεούματος διπλάσιος. Hanc secundam lectionem magis probamus.

Quod legitur, Quid uero sibi Hippocrates uolens, tali utendum procermo censueris, non parum sententiae ambigunt. Græce est, τι δέ θουλόμενός ἐστι πανορθωτικός ἐχθρός τοιούτων πνεούματος, τὸν ἀπορωτικόν δια. idest, Quid uero uoluerit Hippocrates, quum tali usus est procermo, ex ijs est quaꝝ sunt maxime dubia.

SECUNDUM, aphorismi particulas contemplatur: nam omnes huius libri interpres uitam breuem dicunt, per comparationem ad artem. Ars uero longa est, ob occasionem operandi, quaꝝ est momentanea: unde non est facile eam assequi, ut nullus sit, qui illam possit agnoscere, nisi in hac arte diu fuerit exercitatus.

Quod legitur, Omnibus libri expositoribus est manifestum: in nostro antiquo contextu duae sunt lectiones: una est, ἀντικεντος δῆλος, idest, statim manifestum: alia est ea, quam Leonicenus habebat, ἀποστολος τοιούτου γένους απομνημόνιος τοῦ Βιβλίου, γνώμημον. Tamen Aldinus contextus, non γνώμημον, sed πεδίσιλον habet: quod mihi egregius arridet.

Quod etiam legitur, Et ob id difficulter comprehensibilem: Græce est, καὶ νῦν τὸν τοῦ δινοσληγατοῦ.

TERTIO docet, duo esse instrumenta ad inueniendas artes necessaria, experimentum, & iudicium: primum fit sensu, secundum ratione: primum periculorum est, secundum difficile.

QUARTO docet, occasionem esse præcipitem, quia subiectum id, circa quod ars medica uersatur, continuò fluit: est enim corpus humanum, quod in continuis mutationibus uersatur, & ab extrinsecis causis, atq; à se ipso facile alteratur.

Quod legitur, Quia materia circa quam uersatur ars, continuò fluit: Græce habetur, σῆμα τῆς ψυχῆς φεύγοντος, ἥν τινα ἡ τεχνὴ μεταχειρίζεται. idest, Quia defluit materia, circa quam ars uersatur.

Quod etiam legitur, Sed etiam ab intrinsecis: Græce est, ἀλλὰ καὶ δῆλος ιαντοῦ. idest, ex se ipso.

QUINTO docet, experimentū esse periculorum, propter dignitatem materiæ, quia humanum corpus cæterorum nobilissimum est: hoc uero periculum non est ob transmutationis labilitatem, quaꝝ in momentanea occasione continetur.

SEXTO docet, iudicium esse difficile, si quis per iudicium rationem intelligat, ut ipse facit. nam ad hoc usq; tempus utrinque rationes sunt, & res incerta permanet. At si secundum empiricos per iudicium iudicationem eorum quaꝝ ex experientia eueniunt intelligamus: hoc etiam modo certum est artem hanc esse difficultem: tamen non putamus hoc uoluisse Hippocratem, qui in tota hac commentaryne dogmaticus fuit, imo & ubique, non autem empiricus, hicq; finis est primæ huius aphorismi particula.

Quod legitur, Difficillimum: in prima lectione nostri antiqui contextus legitur, τὸ ξελπτοῦ. In Aldino uero, τὸ χελεπώταρη. At in secunda lectione habetur τῶν πνευμάτων.

Quod etiam legitur, Ad hoc usq; cuius ambigua. Illa particula ambigua Græce est, τοῦ ἀμφισθετουμένου: in prima nostri antiqui contextus lectione: in secunda uero, τοῦ ἀμφισθετούμενου, idest utrinque.

Quod etiam legitur, Sic quoq; non est obscura eius rectitudinis difficultas. Græce est, καὶ νῦν ταῦτα εὑδηλοῦ τὸ δινοσληγατοῦ αὐτῶν.

SEPTIMO, ad secundam aphorismi partem conuertitur, quam non pronuntianti, sed consulenti similem esse dicit, Nec solum se ipsum præstare opportuna facientem, sed & ægrum & assidentes & exteriora: ut hic sit sensus, Si ea quaꝝ in hoc libro scripta sunt, diligenter examinare uolueris, non solum oportet te ipsum medicum omnia agere quaꝝ conueniunt, sed & ægrum, ministros & exteriora.

OCTAVO, iterum ad principium reuertitur, docens primam huius orationis partem hoc unum caput cōplete, Vita breuis, ars uero longa. Reliquæ uero secundæ quaꝝ sequuntur, artem longam esse probant. Deinde ueluti consilium assert, in secunda aphorismi

rioni parte, vel pactum ad illos qui librum lecturi sunt, atque iudicaturi.

NON O dubitat, quid uoluerit Hippocrates per hęc uerba, Vita breuis, ars uero longa; multasq; diuersorū sententias affert, nam quidam putarunt id uoluisse Hippocratem, exhortandi gratia homines ad artem ἀσθετικήν, idest digne exercendam. Alij uero dehortandi causa: unde & hic ab Oribasio dicitur, Statim per initia sermonis Hippocrates propulsare uidetur magis, quam inuitare audientes. Non tamen ut omnes qui artem uel disciplinā medicam aggredi desiderant, proflugos reddat; sed ut quantum candidatorum aures possint percipere, hoc memorie commendent. Aliqui uero dixerunt, Hippocratem usum esse illis uerbis, ut experiretur qui nam gnauiter, & qui secus artem essent exercitati. Alij dicunt, ob haec causam attulisse, ob quam oportuit scribere commentationes. Alij dicunt, non simpliciter commentationes, sed commentationes aphoristicas. Alij dicunt, per haec uerba ostendere hanc artem esse conjecturalem. Alij dicunt, ostendisse ex quo causis contingat medicos suo fine frustari. Galenus statim aliquas harum sententiarum reprehendit, & primo duas ultimas: nam fatuum uidetur, & Hippocrate non dignum, in principio operis ostendere medicam rem uel conjecturalem esse, uel suo fine frustari, quomodo cunctq; hoc coritngat, siue ab ipsa arte, siue ex nobis ipsis. Adde secundam aphorismi partem, hos reprehendere, nam illa pars potius ei conuenit, qui putat omnia quae in libro scripta sunt, uera esse. Sed oportuisset in hunc modum, hanc secundam partem protulisse, & medicus ipse etiam delinquit, & ægri, & eorum ministri. Mox illos reprehendit, qui ex illis uerbis ipsum à studio rei medicæ auertere uolunt. Quoniam extrema est dementia, commentationes scribere, & posteritati tradere ad uitæ utilitatem, & statim in principio lectors abigere, & abalienare à doctrina quafu tu profiteris. Illi etiam qui dicunt, lectors excitare ad artem capessendam impensiori studio, et si uerum dicant, tamen Galeno non placent, utpote qui sententiam non ponant Hippocrate dignam, & que pro procēmio ponī possit. Nec etiam illi placent, qui tentandi gratia hęc ab Hippocrate dicta esse testantur: nam & si hoc idem fieri debere à Platone dicitur, id intelligere oportet per mutuos sermones fieri debere, & non per libros. hoc autem non conuenit, quia procēmum his quae in libro scribenda sunt, conuenire debet. At aliquis putare posset, Aphorismos omnibus Hippocratis libris esse prælegendos: & ideo in procēmio huius commentationis communem fecerit de uniuersa arte sermonem. Et ex hoc ostendere uoluerit, non quemcunq; pro suo arbitrio aptum esse ad hanc artem addiscendam, sed illos solum, quibus suppetat otium ad addiscendum, & naturam aptam habeant. At Galenus dicit, Et si qui ita dicunt, probabiliter loquuntur, quod hęc sit totius artis præfatio. Illi etiam reprehendendi non sunt qui inquirunt, Hippocrate causam assignasse, ob quam commentationes scribere oporteat. Illos uero hoc fere argumento reprehendere uidetur, quia in libro qui ἡταρπέω inscribitur, omnium lectionum commune procēmum fecerit Hippocrates, ut in expositione illorum librorum Galenus docuit.

Quod legitur, Nihil consonum: Græce est, οὐλοπίνως. id est, Nihil ad uerbum, & propositum.

Quod etiam legitur, Impensiori studio: Græce est, Οὐλοπίνως.

Quod etiam legitur, Neque enim aliter potest tota tempore breui: Græce est, Neque enim aliter posse totum tempore breui. Græce quoq; in infinitu est, διωγθῆναι.

Quod etiam legitur, Si magnam atq; difficultem eius perceptionem ostendamus, hęc particula Perceptionem, Græce est τὸν αἰσθατικὸν, idest doctrinam.

Quod etiam legitur, Sed per mutuos sermones: Græce est, καὶ γὰ τοῦ σωστίου. idest, sed in conuentibus.

Quod etiam legitur, Cohærere: Græce est, οἰκεῖον ἔνναι. idest, proprium esse.

Quod etiam legitur, Artem discere medicinalem. illa particula Artem, Græce habetur μαθηματική.

DECIMO, illorum sententiam laudat atq; recipit, qui dicunt, in hoc procēmio assignari causam necessitatis huiusmodi doctrinæ, & commentationum: nempe forma doctrinæ aphoristica, idest quae omnia quae ad rem attinent breuissimis uerbis circumscribit, ad illos utilissima est, qui breui tempore artem longam docere uolunt: & istud etiam quia uita est breuis, ideo commentationes scribere oporteat, summam habet præ omnibus rationem

tionem. Nullus enim est qui satis esse possit ad artem constitwendam & absoluendam. Sed hoc satis uidetur, si quæ priores annorum spatio inuenient posteri acceperint, & alia his addentes, deniq; illam compleant atq; perficiant. Vel enim ob alterum istorum, uel ob utrumq; idest uel ob modum doctrinæ, aut cōmētationum, uel ob hæc duo simul, putat Galenus Hippocratē hoc procœmio usum esse: ac si ita scriptum reliquisset, quia magnitudo artis medicæ uitam hominis excedit, ab homine enim quantumvis laboris amatore, nō potest incohari, & in finem usq; perduci. Vnde necesse est, quæ quisque cognoscit, literis mandare, & posteris commentationes tradere, quæ omnem naturam docendarum rerum diligenter citò & perlucido sermone interpretentur.

Quod legitur, Quæ omnes rei proprietates: Græce habetur, ἀπαντώ προληγματος της ιδιαί. idest, Omnia quæ ad rem attinent.

Quod etiā legit, Sed satis uideri debet: Græce est, ἐκάραπηση. idest, Sed sufficiēter.

Quod etiā legitur, Diligenti ac laborioso: Græce est οὐλόποντος. Et laboris amatore.

Quod etiam legitur, Diligenter ac citò & sermone dilucidio: Græce habetur, ἀπρόστατης της ιδιαί ταχειας καὶ τεχνης καὶ τερψις.

V N D E C I M O, iterum reddit ad exponentum aphorismum, quod ars longa sit, particular consequentes ostendunt, occasio præceps, experimentum periculosum, & iudicium difficile: ac si ita dicat, Ars longa est, quia occasio agendorum in ipsa est multum præceps: idest angustissima est, & fere in momento pertransit. Addeq; quum sint duo instrumenta, per quæ præsidia inueniuntur, ratio, & experientia: experientia est periculosa, & ratio difficilis, & quod hæc sint uera, statim ostendet.

Quod legitur, Et fere momentanea: Græce est, καὶ διηγονιώπατος. idest, Brevis simi temporis.

Quod etiam legitur, Hoc est, non facilior altera cognitu: Græce est, τατέσιη, οὐ φασιογνωσθῆναι θάτρου.

D V O D E C I M O, suadet occasionem esse præcipitè ob artis materiam, quæ est hummanum corpus, quod continuò fluit, & breui tempore transmutatur. Experimentum quoq; periculosum est, ratione eiusdem materiæ: nam huius artis materia non est lapis, lignum uel corium, in quibus sine magna noxa licet experiri quicquid in mētem uenerit artifici, ut seipsum exerceat; nam si hæc male tractentur, solum eorum precium amittitur. Sed in corpore humano illa experiri, quæ experientia comprobata non sunt, non est circa periculum; & cuiuscum Vitæ, nam experientia mala ad hominis interitum finit.

Quod legitur, Propter materiæ fluxum: Græce est, οὐ τὸν τῆς τέχνης υλων. idest, Propter artis materiam.

Quod etiam legitur, Et momento temporis: Græce est, καὶ ψήφης κάρπης χόνων.

Quod etiam legitur, Impune: Græce est ἀλυπη, sine molestia.

Quod etiam legitur, Et in omni theorematum meditatione tiersari: Græce est, καὶ καύτης καὶ μετατῶντα τὰ θεωρηματα.

D E C I M O T E R T I O, iudicium, idest rationem difficilem esse ostendit ex multitudo opinonum, quæ in hac arte sunt. Nam si ueritas esset inuentu facilis, tot & tanti uiri qui illam perquisuerunt, non essent in tam contrarias sectas diuersi. Aut quia empirici non intelligunt per iudicium rationem ipsam, sed iudicationem auxiliorum quæ per experientiæ fuerint inuenta. Sed re uera & hæc difficilis est: nam multa præsidia unī ægri adhibita sunt, difficile est cognoscere quod nam profuerit: ut si dormiat, uncus sit, emi, plastrum habuerit, postea clysterem, uel spontinam euacuationem, deinde comedisse cibos conuenientes, deinde persensisse iuuamen uel detrimentum, non est facile iudicatu quid nam horum profuerit uel obsuerit; unde ex his, iudicium etiam secundum empiricos est difficile.

Quod legitur, Quod multitudine hereseum in arte ostendunt medicinali: lege, In arte ostendit. Nam Latine bene dici non potest, Multitudo ostendunt. Et Græce dicit, οὐσοι.

Quod legitur, Difficile est & uerum iudicium, seu uera ratio non facile inuenitur: Græce est, χελεπός καὶ μυδηπτος διπλος διαλυθης. difficilis & ardua inquisitionis.

Quod etiam legitur, In tam contrarias sectas dispartiti: Græce est, εἰς ταπεῖνης καὶ τηνίστης αληποις.

Quod

Quod etiam legitur, Et hæc difficultis est, & non facilis exploratur; Græce est, οὐδὲ τοῦτον γέγονόν θεωρεῖσθαι.

Quod etiam legitur, Vel dormisse: legendum est, Bene dormisse: non, uel, Græce enim adest particula, οὐλῶς.

DECIMO QVARTO, iterum totam aphorismi sententiā repetit, ut finem faciat. Ars longa est, si uitæ unius hominis comparetur, unde expedit commentarios parare, præsertim breues & aphoristicos; quoniam hic doctrinæ modus, & ad primam disciplinam, & ad illa quæ didicerimus, ut memoriarum retineantur, conuenit: & si è memoria dissipata sint, ut in illam facile deducantur. Vnde & quæ consequuntur, conueniunt, quod opus est seipsum medicum, ægrum, assistentes & exteriora, præstare se opportuna: si quis omnia quæ in hoc libro scripta sunt, an uera sint, dijudicaturus sit. Vnde medicus agere debet, quæ conueniunt: æger parere; ministri, iussa medici prosequi: & exteriora, apparata esse.

Vbi legitur, Vel præcognitionem uel curationem interrumpi contingit: addi debet, Vel utraq. Nam Græce est, οὐ τὸν πρόγνωσιν, οὐ τὸν θραπεῖαν, οὐ μηδε τοις θεωρεῖσθαι πάντα. idest, Vel præcognitionem, uel curationem, uel utraq. interrumpi contingit.

Dentq; quid sint exteriora Galenus edocet. Sunt autem idoneæ habitationes uel turbarum plenæ, uel omni turbâ uacantes: & præterea quæ nuntiantur, aut aguntur, quæ tristitia, uel iram, uel gaudium, uel aliud simile ægrotanti infligere possunt: & præterea illa quæ nocturnum soporem abrumpere possunt, quæ enumerare propè infinitum est. Si igitur hæc omnia bene & recte se habuerint, nihil falsum intenietur, ex his quæ in hoc libro scripta sunt.

Quod legitur, Aut aliquem alium affectum: Græce est, οὐ τὸν φίλον οὐ τὸν φίλην. In aliquibus etiam contextibus deest particula οὐ, & legitur οὐ τὸν φίλην.

Quod etiam legitur, Sicuti & illa; Græce est, οὐ περαν. idest, Et præterea illa.

IN perturbationibus uentris, & uomitibus spontinis, si talia purgentur qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt: sin minus, contra. Sic & uasorum initio, si talis fiat qualis fieri debet, confert, & bene tolerant: sin minus, contra. Inspire itaq; oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos in quibus conueniat, aut non.

B R A S A V O L V S

IN HAC parte Aphorismos incipere multi interpretes fatentur, quum præcedens pars proemium fuerit. Diuiditurq; secundum Galeni incessum liber hic in septem partibus: quamuis Soranus in tres, & Rufus in quatuor diuiserint, ut Oribasius testatur, qui etiam dicit tot esse libri partes, quot sunt aphorismi. In hoc autem libro potest hæc generalis intentio colligi de uictus ratione, tam in ægris, quam in sanis, & in omni ætate, & de euacuatione tractari. In hoc autem aphorismo, in quo noster antiquis contextus inscriptionem habet, οὐδὲ τὸν αὐθεντικὸν ταχαχῆς οὐ γαστρός, idest, de spontanea uentris perturbatione, Hippocrates comparisonem facit euacuationum spontinarum, ad illas quæ arte sunt; nempe in euacuationibus, medicus naturam recte operantem imitari debet: sed natura recte operans, si talia euacuet qualia euacuari debent, ægro confert: sin minus, econtra. Ita medicus recte operans, si talia euacuet, qualia euacuare oportet, confert, & leuiter ferunt: sin minus, econtra. Propterea ut talia purgentur, qualia purgari oportet, regionem inspicere debemus, tempus, ætatem & morbos, in quibus conueniat aut non. Ut hæc sumi possit pro huius aphorismi summa, Medicus recte operans, talia purgare debet, qualia purgare oportet: ita enim æger leuiter fert. At si non purgentur qualia purgare oportet, non leuiter fert. Vnde medicus summo studio incubere debet, ut talia purget, qualia oportet purgare: quoniā semper studere debet, ut ægro confeat. Non ab re igit interpres omnes dicunt, de euacuatione hic tractari, qua fieri debet

ratione qualitatis humorum, & non ratione quantitatis.

Hippocrates in Epistola ad Democritum, de ueratri purgatione, de spontinis euacuationibus haec dicit: Si in uentris motionibus & purgationibus & uomitionibus sponte factis, quemadmodum oportet purgantur, confert, & facile ferunt: si minus, contraria.

In omni euacuatione duo considerare oportet, unum est qualitas eorum quae euacuantur, aliud qualitas: nam unum absq; alio reperiri potest: nempe quispiam sola quantitate peccare potest, & bonam humorum qualitatem habere: & econtrario, mala existente qualitate, humores in aequilibrio habere.

In hoc aphorismo, de sola qualitate uerba facit. Quod Galenus in commento manifestissime aperit, inter purgare & euacuare differentiam ponens: nam purgare, est de humoribus qui sua qualitate molestant: euacuare, etiam de his est qui sua quantitate. At euacuare, etiam usurpatur ad humoros, qui sua qualitate molestant: imo & purgare, ad eos qui sua quantitate, in nostro communi usu loquendi: non tamen apud antiquos, apud quos *λαθάρες*, idest purgari, nunquam dicitur, nisi de humoribus sua qualitate peccantibus. Duo autem sunt uerba, quae ostendunt, de sola humorum qualitate hunc aphorismum agere: unum est, Quale & tale: aliud, uerbum Purgare. Idem dicit Philotheus per haec uerba, *λιαφρεῖ γε μὲν πέπτωσις λιγνώσις ὅτι οὐ μὲν τῆς λειτὰ ποιότητα βλασφεμίας ἀπαλλαγή, πέπτωσις σύνομος ται. λιγνώσις δέ, οὐ οὖτε λειτὰ ποιότητα, οὐδὲν οὖτε οὐδὲν πεπτώσις φυσικῆς λιγνώσις ὁ λόγος οὐδὲν τοῦτο ποιοργεῖται. οὐδὲν οὖτε ποιότητας οὐδὲν συμβαλλόμεν, αλλὰ καὶ τὸ λειτάρες, οὐδὲν πεπτώσις λιγνώσις, idest, Differt autem purgatio ab euacuatione: quoniam haec quidem quae à noxa circa qualitatem liberat, purgatio nuncupatur: euacuatio uero, ab eo quod est secundum quantitatē. Hic igitur euacuationis naturalis, quae est secundum qualitatem, sermo Hippocratis est. nam hoc quod dicitur Qualia, qualitatis est significativum: uerum & hoc quod dicitur Purgari, de euacuationibus qua secundum qualitatem sunt, dicitur.*

*Εγ τῆσ ταραχὴσ θη κοιλίας. idest, In perturbationibus uentris.] Sunt autem motus ad excernendum per inferiora & secellum: qui quum fiunt, perturbant, non solum eo tempore offendentes, sed etiam rugitibus & magnis motibus perturbantes, deinde leui ter ferunt, si qualia oportet purgari, purgantur. Ipse uero utitur uerbo *κοιλίας*, quo frequentissime uititur ad significandum uentriculum. Nunc pro inferiori uentre accipit, quem & *γαστρα* nuncupat. Tamen haec uocabula *γαστρί* & *κοιλίας*, quandoq; pro omni corporis cauitate accipiunt, de qua re Galenus agit libro quarto De ratione uiciis in morbis acutis, sectione centesima duodecima. Sed hic dubium facit Oribasius, quare à uentre incipiat potius, quam ab alio principio. Respondebit: Recte illum fecisse non latebit. Nam quis nescit uetrem ab oculis remotum, conspicue uarios nobis morbos indicare. Et Philotheus eodem modo dubitasse uidetur: quia inquit, *πολὺ λιγνώσις φυσικῆς καὶ τεχνικῆς λιαλαθεῖν προθεμένος, οὐτανάδην οὐδὲ θη αἰσθανθεῖσι τῷ λόγῳ τῆς γαστρὸς μημονεύσαι. ἀλλας τὸν τῆς γαστρὸς νῦν ἔφερο, τοτέ τις τὸν θη στοχόλοχον κοιλίας, οὐτε τὸ πρῶτον οὐδὲ τριτόν τετράτον τοτε γίνεται. idest, De euacuatione naturali & artificiali differere proponens, per sermonis consecutionem, conuenienter de uentre cōsecutionem facere coactus est. Alioquin à uentre nunc coepit, hoc est à cauitate cibos recipere: quoniam & primum, nutrimenti coctio in hac parte fit.**

*Καὶ τοῖς ἐμοῖσι τοῖσιν αὐτοματιστας γινομένοισι. idest, Et uomitibus spontinis.] Per quos illos intelligit, qui à natura fiunt, nullo extrinsecus irritante, idest nullo medicamento, nulla potione, nullo decocto ad uomitum impellente: tamen & perturbationes uentris supradictas spontinas esse intellige, ut id uocabulum *αὐτοματιστας*, idest per seipsum, & spontineum, uentris perturbationi deseruit, & uomitum.*

Hic uero à recentibus dubium fit de uomitu, An recte dici possit spontinus & naturalis, an non. Verum nos prius in perturbatione uentris hoc idem perquirimus: nempe uentris perturbatione nūquam fit, nisi aut aliquo humore infestante atq; irritante, aut multis cibarijs incocitis in corpore congestis, idem efficientibus. Propterea spontanea non uidetur, aut naturalis, sed potius per huius prauum humoris irritamentum facta.

Respondemus, Proutdam naturā semper humoros optimos seruare, nisi cogatur: malos uero expellere, aut ad benignum conuertere, si fieri possit: tamen hos nūquam expellit, nisi

It, nisi irritetur, etiā si malū sint. Propterea hos humores natura persentientis ueluti infen-
sissimos hostes & ad nocendum paratos, eos expellit, & hic motus spontinus dicitur,
quia ab ipsa natura fit, nullo extrinsecus occurrente, id est nec medicamēto, nec re alia,
quam per artem exhibemus, est ergo uentris perturbatio naturalis, id est à natura facta,
& non per artem.

Ambigunt uero recentes, an uomitus aliquis, naturalis dici possit.

Respondemus & breuisbus, Omnem uomitū qui non fit ab arte, naturalem dicī posse: quicq; enim euomere potest, uel quia ita illi placeat, digito uel pena uentriculum irritans, aut re aliqua quam bibat, & hic uomitus arte factus nuncupatur, & à propria uoluntate prouocatus. Reliqua uomitū genera, etiam per uiam symptomatis facta, natura, lia dici possunt. At de uomitus causis, Galenus sexto libro De symptomatū causis agit, inquiens, Vomitū fieri interīm grauato ob multitudinē uentriculo, ut quum plurimum cibi ingestum est: interīm ob rem mordacem, quemadmodū ubi per cruditates cibus ingestus uel acidū ructum uel nidorem uel amarorem uel acrimoniam refert. Eodem genere continentur & biliosa & pituitosa & serosa excrements, tum iñibī nata, tum ex universo animantis habitu in ipsum deriuata. Est præterea tertium causarum genus, quibus uentriculus ad uomendi impetum concitat, nulla uel graui uel mordaci re ipsum irritante: sed ob id duntaxat, quod præter naturam quippiam in eo continetur. Est autem communis omnium quæ præter naturam sunt, definitio. Si postea quām concocta sunt, alere non possint, hac ratione (ut arbitror) nō solum acida pituita aut salsa, uerum dulcis quoq; nonnunquam in uentriculo consistens, ipsum ad uomitū prosciocat, haud aliter sanguis ubi in uentriculum effusus est, ipsum ad uomitionem impellit. Galenus hactenus. Ex quibus edicere potes, ob tria nos euomere, uel ob multitudinem, uel ob mordacitatem, uel quia aliquid præter naturam in eo est, hi uero omnes sunt naturales uomitus, & non arte facti. In eodem etiam libro docuerat, per uomitionem ea quæ in spatio continentur, ejcī: per singulatum ea quæ uentriculi corpus imbuerunt.

Sed Galeni uerba libro quinto De arte curativa, huic determinationi repugnare uidetur: in ea enim parte de locis tractans, quibus nostrī corporis partes expurgantur, inquit. Hinc etiam sit, quod uentriculus utrinq; expurgari possit, sursum per uomitū, deorsum secundū naturam. Igitur uomitus motum, motu secundū naturam opponi facit.

Respondemus, Superiores partes, ut os, œsophagum, & reliquas, factas esse ad integrandum: an uero & partes inferiores, ad egerendum. Vnde secundū naturam est, quod egeritur: quod uero euomitur, non est secundū naturam: imò oppositum operatiōni naturæ, ratione finis partium: & ideo ratione officiorum partium, uomitus est præter naturam: sed ratione qua naturam deagruat, naturalis est, & etiam ratione qua non fit ab arte. Quod uero recentes dicunt, naturalem dicī non posse, quia graue ascendit: hoc non est uera ratio, cur sit præter naturam. Alter, si hominem suspenremus pedibus superne & capite inferne conuersis: quia tunc graue descenderet, esset motus naturalis. Voco igitur uomitū præter naturam, quia fit per partes, à natura ad hoc non destinatas, nisi per accidens. Nec etiam dicendus est præter naturam, quia uentriculi fundum eleuetur: nam uentriculi officium, per muscularum uim est nostra expellere: & quamvis graue ascenda, tamen non est præter naturam motus, sed tantum ratione graui. Hic uero dubium intercederet, postquam sanguis in nobis factus est, & ad membra distribuitur, numquid sit motus naturalis, quia sanguis omnino graui est, tamen una pars à iecore ad caput ascendit, & ad alias superiores partes: sed animaduertere oportet esse motum naturalem, quia fit à uirtutibus intrinsecis ita à natura constitutis & determinatis, ut per totum corpus nutrimentum distribuant, quod & si graue sit supra ipsum potentiam habent: forte ratione graui præter naturam est, sed non ratione uirtutis mouentis, ut quando aliquis ignis accensus rem grauem secum ducit, ut in uocatis radijs uidere licet, quos pueri accensos iaciunt: nos pyroboles nuncupare possumus.

Nec omittenda est una, quæ à recentibus fit in hoc loco difficultas, nempe arguunt uomitū non esse naturalem, quia est uoluntarius. Respondent, aliquem uomitū esse uoluntarium, aliquem non uoluntarium; qui fit per intrinsecam materiam, uoluntarius non est. In hos autē hoc modo argumentamur, Omnis motus qui fit per musculos uoluntarius

eſt, ut Galenus non raro teſtatur, ſed uomitus per muſculos fit, igitur uoluntarius eſt.

Respondemus: moitus muſculorum, qui fit non coaſte, & nullo cogēte, uoluntarius eſt, & non aliter: ſed aliquis muſculorū moitus inueniri potheſt, qui non erit uoluntarius, quoniam & muſculus ipſe cogetur à materia aliqua uel maligna uel acuta cōtra uoluntatem noſtrā moueri, ut in mītione experimur. Mictus eſt uoluntarius moitus, tamen acuta urina adueniente, etiam p̄aſter uoluntatum fit moitus. Idem in uomitu contingit, qui & ſi à muſculis fiat, quandoq; tamen uoluntarius non eſt.

Adde uomitus per imaginationem quandoq; fieri, & ex quadam naturali proprie‐tate, ut in nonnullis contingit, qui quum ranam uel murem uel buffonem nominare au‐diunt, ad uomitum prouocantur. Sed de hac re aliaſ sermonem habebimus, cauſam cur ita fit, aſſignantes.

Ηγ μὲν οἵα στένη πελάρχειδα παθαίρειν ταῦ. ideſt, Si qualia oportet purgari, purgentur. Hoc eſt ut Philotheus dicit, τὰ λυπούντα τὴν ποιότητα. ideſt, per qualitatem infestatia. Quomodo autem illa cognoscantur, quae oīa, ideſt qualia, ab Hippocrate dicuntur: Oribasius hiſ uerbis edocere uideatur, inquiēs: Innuit etiam author in p̄aſenti, initiandis arti eſſe obſeruandū, utrum rubrum, an nigrum, ſiue alterius coloris ſit quod deſicit. Alia uero ratio eſt, quod uenter receptaculum ſit potus atq; cibi, quibus una uenientibus in uentriculum & calefactis à iecore, succulenta quādam fit ſubſtantia, & ſicut lacte coagulato butyrū ſupernata, ſic excocto ſucco fit putredo phlegmatis, quae ipſi ſtomacho nutrimentum p̄aſtant, inde ad cerebrum pergit. Mundissimum uero quod remanet, miniftratur hepati, contrahit per meseraicas uenas, quae ab hepate egrediuntur, ubi conſciuntur quatuor humores, & unusquisq; illorum per riuelos quosdam ad ſuum principale mea locum. At quoties perturbationem aliquam ſubſtineat natura, per ipſos riuelos, eaq; orificia uenarum & meatuum per quae exierunt, de uentriculo ad hepar reſcurrunt humores, & ſic ab hepate & orificijs meatuum & uenarum uentri miniftrantur, forasq; projeſcuntur.

Quod uero ait, Si tale purgetur quale purgari oportet, & reliqua, tale eſt. Ipsi perturbatio uarie accidit, aut enim artificiosa eſt, aut naturalis, aut ex accidenti. Artificiosa eſt quum medici catharticum p̄aebent. Naturalis, quoties leuat ſe natura, & ſuperflua expellit: nūquam enim natura aut maius aut minus uult, ſed ſemper gaudet moderamine. Ex accidente uero fit, quum caſu aliquo fit, aut qualitate, aut quantitate. Ex accidenti enim duobus modis fit. Qualitas uero eſt, ut cibi uentrem emollientes. Quantitas op‐preſſio, aut corrugatio eſt. Hæc Oribasius.

Συμφέρει τὸν εὐφρόσωπον φέροντι. ideſt, Conſert, & leuiter ferunt. Quando illi humoris purgantur, quia ſua mala qualitate infestant: nam ut Philotheus dicit, ἐνφροσύνη γέρει πάγκουντες ἐλευθερούμενοι τῆς λασιχυίας. ideſt, Etenim bene ferunt aegrotates à praua humorū qualitate liberati. hocq; intelligere oportet post factā euacuationē, in ipſa enim euacuatione is qui euacuat laſſus eſt, & quodāmodo patitur, poſtea uero leuior efficit.

Ηγ δὲ μὴ τούναντιον. ideſt, Si uero non, econtra. Scilicet, ſi non purgentur qualia purgari oportebant: nam ut Philotheus dicit, ἐπὶ μὲν τῷ ἀλλοι τινῶν χυτῶν παθαῖται γέρει τὴν λυπούντα τούναντιον οὐτε συμφέρει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον διυφροσύνη οἱ πάγκουντες. ideſt, Siquidem purgatio aliorum quorundam humorum fiat, & non infestantiū, econtra non conſert, ſed & magis grauitate ferunt aegrotantes. Oribasius tale exemplum dat huic aphorismi: Sicut cloaca maxima ciuitatis, quae multos in ſe recipit riuelos, quin clauſa fuerit, ſtercus in ciuitate redidat, aperta uero ſuperflua reiectat. Similiter tunc facile fert natura, quando ſuperflua deponit: utputa reperio tertiana laboratē iuuenem, do illi praefidium, quod ipſum proprie deponat humorē, abſcifa cauſa facile tulit. Sic & natura, quoties ſponte facit, conſiderare debet medicus, quale fit, aut quantum, aut ſi uires ſufficient. Tunc enim facile fert natura, quando ſuperflua projeſcit, ſiue per uomitum, ſiue per uētem. Perturbatio enim comparata eſt mari, quod niſi perturbationem habuerit, ſuperflua à ſe expellere non ualeat.

Οὐτω δὲ οὐδὲ οἰησική. ideſt, Sic & uaforum inanitio. Philotheus dicit, ποὺς τὰς φυσικὰς ιηγωσεις προτεροῦ διαλαβὼν, νῦν καὶ ποὺς τὰς τεχνικὰς διαλαμβάνει. ideſt, De naturali euacuatione quium prius diſeruiſſet, nunc & de artificiali pertractat.

Docet

Docet deinde quid sit uasorum inanitio, inquiens, ισχυρή είτε δέ δύνη ή λεπτώσις ήν αγχείωσις πολεμόντων σώματος χυμούς. ταῦτα δέ εἰσι, τὰ τα αρτηρίαδην φλεβώδην αγχεία, idest, Vasorum autem inanitio, est euacuatio vasorum humores continentium: hæc autem sunt arteriosa uasa & uenosa. Oribasius dicit Hippocratē nunc sequi inanitiones, quæ sunt ab hepate: inquit enim dicta est, eo quod inane faciat corpus, uel uenas nostras, ut est sanguinis missio, clyster purgans quæ est subductio uentris. Ista enim omnia inanire solent corpus. Erant ergo nonnulli, qui per vasorum inanitionem inediām intelligebant: alij uenæ sectionem: Galenus uero euacuationem intelligit, quam dicit Hippocratē ab euenteri vasorum inanitionem nuncupare solere. An uero sub vasorum inanitione, idest euacuatione, uenæ sectionem intelligere possimus, non dubitamus, quoniam & sectio uenæ est vasorum inanitio & euacuatio. Quod autem hoc uelit Galenus, facile probari potest ex commentario secundi aphorismi quarti libri, ubi inquit, In medicationibus talia educere è corpore, qualia & sponte prodeunt utilia: quæ uero contrario modo prodeunt, cohibere oportet. Galenus hunc aphorismū exponens, inquit, prius idest in primo libro, Hippocratem generalius de euacuatione locutum esse: propterea dixit, Vasorum inanitio: hic autem, idest in quarto libro, de sola purgatione uerba facit, ut manifeste colligatur, euacuationem cōmune uocabulum esse, ad purgationem & uenæ sectionem. imo ut interius Galeni mentem explicemus, quim dicit, Vasorum inanitio communiter omnem euacuationem intelligit, quod in prædictato loco explicans, uomitū nominat, secessum, palatum, nares, euacuationē per tulsum, per urinam, per clysterem, per uenæ sectionem, per hæmorrhoidas, per uterus, per exercitia, per frictiones, per motum, per calorem, per balnea, per inediām: sed hunc ultimum euacuationis modum ex accidenti esse dicit, per omnia hæc opus est vasorum inanitionem intelligere.

Ηγ μὲν οὐλεῖται γέγραπται, γνωφέρεται, καὶ εὐφέρως φέρουσιν. idest, Si qualis oportet fieri, fiat, confert, & leuiter ferunt, si humores infestantes euacuentur. Cognoscet autem, ut Oribasius dicit, conferre, non aliunde, quam ex ipso ægrotante, si facile fert, si gaudet, si non deficit, & si non conqueritur. Adde si melius se habeat post purgationem, & sibi ipsi leuior videatur.

Ηγ δὲ μὴ πύρωτοι, idest, Si uero non, è contra. Id est, Si non purgentur qualia oportet purgari, sed purgētur boni humores, qui potius in corpore permanere deberet, non confert, neq; leuiter fert: quod cognoscitur (ut Oribasius inquit) quia non gaudet, & natura offendit. Hic dubitationem quandam remouet Philotheus inquiens, πότες δέ ἀσθέα λέγοντες ὅτι διατι τὸν φυσικὸν πόθεν τέχνην τῆς τεχνικῆς; φαῦλον ὅτι ή τέχνη τῆς φύσις μητρά, οὐχ ή φύσις τῆς τέχνης. idest, Ad eos uero qui dicit, propter quid præposuerit euacuationē naturalem artificiali: Dicimus quod ars naturā imitatur, & non natura artem.

Επιβλέψεισθαι δὲ χρώμα, idest, Inspicere itaq; oportet & regionē.] Galenus in comminatione hanc partem hoc modo intelligit, Medicus euacuare intendens, naturā recte operant̄ imitari debet, ut ea euacuet, quæ si euacuauerit, ægris prodest, & leuiter ferunt. Si medicus cognoverit quæ sint euacuanda, ut bilis, uel atra bilis, hæc euacuet: nam leuiter ferent. Sciet autem si euacuanda sint, quia luteum bilis colorē uideret, aut nigrum atra bilis. At si hæc non uiderit, imo dubitet de humore euacuando, tunc inspicere oportet regionem: an scilicet calida sit, uel frigida, quia in ea tales humores superabundant, qualis ipsa est. Oribasius hic dicit, Hippocratem memorē sermonis de inanitione quæ à medico fit: contemplatus etiam, quantum ipsi medicinae opus sit, coactus est caute & sollicite admonere nos, ut ante quam opus aggrediamur aliquid, sciamus si bene possit fieri, si laedi ægrotus, aut iuvari queat: si offendit, aut melius habere. nō enim oportet incertum experimentū in homine fieri, unde regionem conspicari oportet, in qua debeat operari, in qua nō: si ualde est frigida, sicut Scythia, Thracia, uel aliae earum similes, aut ualde calida, sicut Aethiopia, uel India. Adde etenim, In primis partibus abundare putat, in alijs bilem.

Καὶ ώρα. idest, Et tempus anni.] Quia in diuersis anni temporibus diuersi humores abundant: nam (ut Oribasius dicit) si hyems sit ualida, non debet inaniri ægrotus, quia omnis effusio extra rationem duntaxat infrigidare corpora solet: si aestas est maxime ardens, item fugienda est inanitio, quia omniū corpora tunc soluta sunt & debilia, sed uere & autum-

& autumno, sine sollicitudine inanimus, quia sunt tempora mediocriter temperata sine calore sine frigore.

Kai οὐκίσσι. idest, Et aetatem.] Nam etiam secundum aetas humores in nostris corporibus varijs sunt.

Kāe rōvōs, idest & morbos.] Quia diuersi morbi à diuersis humorib⁹ sunt, morbi autem cognitio, nos in humoris peccantis cognitionē ducit, & ut Oribasius inquit, morbos inspicere oportet, ut scias in quibus debeas facere inanitiones, ut est pleuritis, phrenitis, colica, uel alij, in quibus est plenitudo. In talibus enim bona sunt inanitiones: statimq; idem Oribasius dubitat, ceterū in dysenterijs, cholera, cardiacis, sudantibus, sp̹ritu diffusatis, aut inedia confectis, aut alijs causis, quæ per diuturnitatem adducunt infirmos ad tabem, an non inimica est inanitio? Vides quare dixit, Conspicari oportet, ut ante quam inanitio fiat, ista omnia querantur à medico.

Εγ δέ οὐδὲ οὐ. idest, In quibus conueniat, aut non.] Hæc particula omnibus prædictis particulis accommodanda est, scilicet regiones, ætates, tempora, morbos, in quibus conueniant, aut non. Philotheus uero totam hanc partem hoc modo exponit. εἰ γὰρ τοῦ ταπείνησιον στοτής, βεβαιότερον ἔσθι τό τοῦ πούντρα χυμοῦ καρκίνου ἀφέσθιον εἰσὶ οὐα. ταπείνησιον γάρ σώματι, χολῆς ξανθῆς πλεονεκτόσηγος γνωσίσματα. σωματικόν δὲ ἀντηλεσθεῖσα. εἰ ὥρα θερινή, καὶ δικαίωμα ἀκριβῶν, καὶ εἰ τὸ χωρίον θερμόν, ὑπτά δὲ μὴ τῷ φλέγματι, εἰ χειμών, Καὶ τὸ χωρίον ψυχόμενον προσεύντης ὁ αἴθερωπτός. ἀλλὰ τῷ προτότοις, αὐτῷ δὲ νόσου τῷ εἰδιτόν, οἷον ὁ πριταῖς, οὐδὲ ξανθῆς χολῆς ἐπικρατέσσον γίνεται. τεταρτοῖς δὲ, ὑπὸ μελαίνης, ἀμφικρεμνοῖς δὲ, ὑπὸ φλέγματος, εἴησιν τοῦ προσωπταποδοκεφαλίτις, ἀκριβῶς πᾶς τῇ καρκίνῳ στοτή. Τὸ δὲ φύσιον δέ, οὐδὲ διούσθη θερινή, γάρ αὖ πεσόντες καρκίνοις χυμοῦ ποιεῖσθαι τὸ καρκίνον, ιστορία δὲ, ὅτι εἰ πανορμάς γίνεται τῷ παλαιόντελθετός, τῷ νόσοι τῷ πάντων λέγει, τοτέσιν αὐτιῶν, συμπάντων, τῷ νόσῳ. idest, Si enim hæc omnia quispiam specula-
tus fuerit, in humoris molestantis euacuationem certius deueniet, ut si flaua bilis in cor-
pore plenitudinis signum contingat, inspicere ista oportebit, si tempus æstivum & æger
in summo ætatis uigore sit, & si regio calida; sic autem & in pittuita, si hyems sit & frigidâ
regio, si homino sit senex; sed & ipsa morbi species accedit, sicut quod tertiana à flaua bile
dominante fit, quartana uero à nigra, quotidiana autem à pittuita. Si igitur quispiam hæc
decenter considerauerit, ad euacuationē diligenter descendet. Hoc autem in quibus con-
ueniat uel non, tale est, in quibus conueniat uel non conueniat, talis humoris euacua-
tionem fieri. Sciendum uero, quod hic Hippocrates secundum antiquum morem, morbum
per omnia dicit, hoc est per causas, per symptomata & per morbos. Galenus in secundo
quarti libri aphorismo multa alia addit, constitutionem, scilicet egrotantis naturam, indu-
striam & uitium.

Hac autem Aphorismi pars ex Hippocrate in principio libri De humoribus sumi potest, & ex eodem Hippocrate in libro De natura hominis, ubi morborum observationes describit.

Scito etiam spontinos uomitus, & euacuationes, ut plurimū esse criticas, Quod à Galeno in calce ultimi libri de usū partium ostēditur, ubi utilitatis ponit, Cur de usū partium pertractare fuerit opus, Dicitq: tertia utilitas, ultra prædictas, huius operis est aduersus sophistas, quicunq: crises ægritudinum non concedunt nobis, à natura fieri, & prouidentiam eiusdem ad animalia auferunt, proponentes enim per saepe ipsi utilitates particula- rum (quas ignorant) tanq: non existentes, interimere in hoc putant artem naturæ, deinde derident Hippocratem, quæ critice natura assuevit facere, ea suadentem imitari, quod ex hoc aphorismo sumitur.

Interpretes in hoc aphorismo dubitant, an possibile sit humorem peccare in quali, & non in quanto. Pro utraq; parte sua argumenta, ueluti tela acuta faciunt. Nos uero huic Galenum adducemus in commento secundi aphorismi quarti libri, qui exponens illam particulam, Si qualia oportet purgari, purgentur: inquit superabundantiam significat sua perfluitum sua qualitate infestantium ægrotantem, unde nos ita Hippocratem secundum Galenum intelligimus, quod de euacuationis qualitate loquatur, id est in euacuando solam qualitatem respicit, non quia simul & semel ibi non adsit qualitas, sed quia tantum qualitatem respicit. Galenus enim id considerat, quod molestiam assert: molestiam uero assert

assert ipsa qualitas, quia & si talis materia multa sit, tamen nisi esset mala qualitas non infestaret. Quod uero magis infestet, si maior sit quantitas, certum est, sed hoc est ratione qualitatis, quia etiam sub illa quantitate, nec sub maior laederet, nisi esset mala qualitas. Ideo & si hic Galenus dicat, de qualitate euacuationis Hippocratem loqui, non negat tamen, quantitatem euacuari debere, quia id quod euacuat semper est quantitas, tamen euacuatio principaliter non fit ob quantitatem, sed ob laudentem qualitatem, immo si recte consideremus, haec duo repugnant, qualitas & euacuari, nam euacuatio, quae vacuum facere dicit, semper qualitatem respicit. Qualitas uero nunquam proprie euacuari dicitur, sed remitti & alterari; tamen euacuatio fieri potest propter ipsam qualitatem, quae in tanto humore fundata laedit. Ex quibus uides quid faciant recentiorum argumenta, humor peccans in quali, peccat in quanto. Igitur &c. Concedimus. Sed euacuatio fit ratione qualitatis, non autem ratione quantitatis. Propterea nos ita secundum Galenum dicimus, Semper quantitas euacuatur. Sed ipsa quandoque ratione qua quantitas laedit, uel laedere apta est, & ita dicimus quantitatem solam euacuari, quandoque euacuamus, non quia de se quantitas laedit, sed quia laesio fit in qualitate, & ita peccatum est in quali, & euacuatio ratione qualitatis fieri dicitur, & qualitatem euacuamus, non quia quantitas non euacuetur. Quandoque uero & quantitas laedit & qualitas, tunc ratione utrorumque euacuamus.

G A L E N V S

Non de quantitate eorum quae euacuantur sermo ipsi est, ut nonnulli sunt arbitrii, sed de qualitate tantum, ut manifestant duo uerba, Qualia scilicet, & Qualis. Nam in his quae sponte fiunt euacuationibus, ita dixit, Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & leuiter ferunt. In alijs uero que a medico, Si qualis fieri debet ita fiat, at qui potuisse dicere, si quantum purgari oportet, purgetur: & rursus, si tanta fiat, quanta debet fieri. Hoc idem ostenditur, & ex uerbo purgari, neque enim simpliciter dixit, Si qualia oportet euacuari, sed si qualia oportet purgari. Est autem purgatio, humorum qui sua qualitate molestant euacuatio. In his itaque multi delinquent exppositores, qui neque uerba, neque hominis mentem recte percipiunt, adhuc autem magis peccant, quium uasorum inanitione alijs pro inedia accipiunt, alijs pro uenæ sectione. Hippocrates siquidem euacuationem solet, ab euentu nominare uasorum inanitionem, quoniam in omnibus euacuationibus contingit uasa inaniri. Sermo quidem nunc ipsi est de qualitate eorum quae euacuantur. Sicuti autem semper adhortatur, ut quae recte à natura fiunt, etiam in artis operibus medicus imitetur; sic & nunc idem egit, à sp̄otinis euacuationibus, suam exorsus orationem: in quibus si qualia oportet purgari purgentur (hoc est ea quae corpora infestant) confert, & leuiter ferunt. quod si aliorum fiat euacuatio, & non eorum que corpora nostra molestant, contrarium euenit: neque enim confert, & grauiter ferunt agrotantes. Eodem pariter modo, si medicus moliatur aliquam facere euacuationem, eorum esto quae corpora nostra molestant: quemadmodū & in alijs locis humorum nostrorum præcipit euacuari, neque alterum illi in euacuatione preferri. Si igitur pituita superabundet, hanc omnino oportet euacuari: flaua autem bile, uel atra infestante, abstinen- dum est à pituita, & bilem infestantem euacuandum. Sic & si humor sanguineus in corpore modum excedens, sanguinem euacuari oportet, sicuti & serosam eius partem, si haec fuerit superabundans. Humorem autem superabundantem, ex colore debemus conie- stari, nisi aliqui forte in profundum recesserint. Color enim similis efflorescit humoribus, si non regurgitauerint. In his ergo præcipue, qui retrocesserunt, & non sunt æqua- portione per totum corpus diffusi, oportet inspicere regionem, & anni tempus, & æta- tem, & morbos, in quibus conueniat, aut non, hoc est in quibus conueniat, aut non ta- lis, uel talis humoris facere euacuationem. Habet enim & unus quisque humor in corpo- re super excedens indicia propria, de quibus deinceps pleni- us dicemus, perfecte tamen gratia cognitionis, inspicere oportet tempus anni quod præsens est, & regionem in qua degunt agrotantes, & eorum ætatem, & speciem ægritudinis. Sint enim, si ita contige- rit, flauæ bilis in corpore abundantis indicia, simul cum ipsis inspiciendum erit, si tempus æstiuum, & si æger in etatis uigore consilit. Eodem modo & in pituita considerandum, si adsit.

si adsit hyems, si regio frigida, si homo senex. Et praeter hæc omnia ipsam morbi specie inspicere oportet, ueluti quod tertiana (si ita contigerit) sit à flaua bile modum excedente, quartana ab atra, quotidiana à pituita, cancer ab atra bile, erisipelas à flaua, atq; singulae aliae morborū species. Si enim hæc omnia distinxerimus, firmius atq; stabilius ad noxiū humoris evacuationē perueniemus. Illi autem expositores præ alijs (ueluti absurdā dicentes) repudiandi, qui putant ipsum de sola inedia quæ adhibetur in febribus, sermonem habere: quum tamen febres non nominauerit, & sermo fiat de omnibus quæ sunt præter naturam, quorum nos docet intentiones, ad quas respicientes nos oportet inuenire, non quantitatē, sed qualitatē evacuationis, nam de quantitate sequens disserit aphorismus. Quo autem morbi tempore aggredi oporteat evacuationem, & quo modo ipsa sit facienda, in alijs deinceps dicit aphorismis. Quare neq; nunc mihi de his dicere est necessariū: sic enim nostra doctrina non foret sapientior, & nostræ commen-tationes ad immodicam & minime necessariam prolixitatem peruenirent.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, ab Hippocrate sermonē fieri de qualitate eorum quæ eu-
cuantur, non de quantitate, ut quidam arbitrati sunt, & hoc probat per usum horū duos
rum uerborū, qualia & qualis: nam in evacuatione naturali dicit, Si qualia oportet pur-gari. In artificiali etiā dicit, Si qualis fieri debet fiat. At si Hippocrates de quantitate in-telligeret, dicere potuisset, Si quantum purgari oportet, purgetur: & si tanta fiat, quanta
fieri debet. Hoc idem ostenditur per uerbum, purgari: non enim Hippocrates simplici-
ter dixit, euacuari: sed uetus est uerbo, purgari. Purgatio uero est humorum qui sua qual-
itate infestant, euacuatio. Multi ergo interpres hic aberrāt, qui Hippocratis uerba &
mentem non recte percipiunt.

S E C U N D O docet, illos magis peccare, qui intelligunt per uasorum inanitionē uel
inediā, ut aliqui faciunt, uel uenae sefectionem, ut alijs. Nam Hippocrates ab euentu so-
let omnem euacuationem uasorum inanitionem nominare, quia in omnibus euacuatio-
nibus contingit uasa inaniri.

Quod legitur, Vasorum inanitionem: Græce est, ἡ θηραγγές ὄρυξ. idest, Hoc
nomen uasorum inanitiō.

Quod etiam legitur, Hippocrates siquidem euacuationē solet ab euentu, legendum
est, Hippocrates siquidem omnem euacuationem solet ab euentu: Græce enim est, ἡ
ἡποκρετικῶν ἀπάσαν λέγωσι.

T E R T I O ad rem ipsam regreditur, dicens: Nunc Hippocratis sermonem esse, de
qualitate eorum quæ euacuantur, differere. Semper uero Hippocrates medico suadet, ut
naturam imitetur in his quæ bene agit, quod & nunc repetit: nam in spontinis & natu-
ralibus euacuationibus, si illa purgentur quæ corpus infestant, confert, & leuiter fert is
qui euacuatur. At si fiat euacuatio eorum quæ nostra corpora non perturbant, non con-
fert: immo ægrī grauite ferunt. Ita medicus, si euacuationē facere tentet, illa euacuare de-
bet, quæ corpora nostra molestant, ut Hippocrates alías etiam edocuit: humorē no-
xiūm, & (ut eius uerbo utar) λυπωνῆται, idest dolore afficiētem euacuari præcipit, &
nullum alium illi in euacuatione præferri. Vnde si pituita superabundet, hanc euacuat: si uero flaua bilis, aut atra infestans, à pituita abstinere oportet, & bilem infestatēm eu-
acuare: ita si humor sanguineus in corpore modum excederit, sanguinem euacuabis; &
si eius serosa pars superabundauerit, eam euacuato.

Q V A R T O docet, quibus indicis peccans humor cognoscatur, & primo ex colo-
re, qui humorū superabundantiam ostendit, nisi in profundum corporis recesserint: nam
quaes humores sunt, talis efflorescit color, nisi regurgitauerint. de hoc autē colore quo
modo humores significet, & quod ad profundum non accedunt, nisi ob aliquā causam
accidentalem, ut frigus, uel timorem, uel aliud simile, in quarto De sanitate tuēda libro,
agit. At si contingat humores retrocessisse, & non posse ex colore signum certum su-
mi, quia per totum corpus non sunt diffusi, tunc regionē inspicere oportet, & anni tem-
pus, & ætatem, & morbos, in quibus cōueniat aut non, talis uel talis humoris fieri eu-
acuationē

cuationem. Tamen quisq; humor in corpore superexedens propria indicia habet, de quibus deinceps plenius dicet: tamen perfectae cognitionis gratia, tempus anni, quod praesens est, inspicere oportet, & regionem & etatem & aegritudinis speciem.

Quod legitur, Et regionem in qua degunt aegrotantes: Graece est, καὶ τὸ χωλεύειν ἢ τὸ νοσεῖν οἱ κακονότες. idest, Et regionem in qua aegrotant laborantes.

V I N T O, ad exemplum descendit, quo intellectio facilior euadat. Sit aliquod corpus, in quo flauæ bilis abundantis indicia sint, tunc simul inspicere oportet, si tempus aestiuum, si calidus locus, si aeger in etatis uigore sit. Eodem modo & in pituita considerandum, si hyems adsit, si regio frigida, si homo senex. Adde & his omnibus morbi species, ut tertiana febris à flaua bile fit modum excedente, quartana ab atra, quotidiana à pituita, cancer ab atra bile, erysipelas à flaua: itaq; omnes morborū species fiunt. His igitur omnibus distinctis, firmius atq; stabilius ad noxij humoris evacuationē pueniemus.

Quod legitur, Si tempus aestiuum. statim adde, Et calidus locus. Hanc particulam chalcographus omisit. Graece enim est, καὶ ἡ ὥρα θερινή, καὶ τὸ χωλεύειν θερμόν.

S E X T O, illos iterum arguit, qui putant ipsum de sola inedia quæ adhibetur in febribus, intelligere: quum tamen febres non nominauerit, & de omnibus agat quæ præter naturam sunt, nos intentiones docens: ad quas respicientes, licet non quantitatem, sed qualitatē evacuationis inuenire: quoniam in aphorismo sequenti de qualitate aget.

Quod legitur, Et sermo fiat de omnibus quæ sunt præter naturam, quorum nos doceint intentiones, ad quas respicientes nos oportet inuenire non quantitatatem, sed qualitatem evacuationis: Graece est, ὅτε λόγος ὡδὶ πάντων δὲ λαθόλεν. Ηπερ φύσης, ἐνδιάσκοντος μέσης συντίτης, οἷς περὶ λαθόντων εὐείσαις περίπους τὸ ποτόν Φεγγάρεως, οὐ τὸ ποτόν. id est, Et sermo fiat in omnibus quæ uniuersaliter præter naturā sunt, nos intentiones docens, ad quas respicientes inuenire licet non quantitatem, sed qualitatem evacuationis. In aliquibus contextibus legitur, περ φύσης: sed nos potius probamus legendum esse, περ φύσης.

Deniq; Galenus excusat se, si non edoceat quo morbi tempore, & quo modo sit facienda evacuatio: nam hoc faciet in alijs aphorismis; ideo non est necessarium quod hic prædicantur: nam hoc modo doctrina nostra non foret sapientior, & nostræ comminationes essent immodicæ, & absque necessitate prolixæ.

A P H O R I S M V S III

H Abitus exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi si in extremo constiterint: necq; enim possunt in eodem permanere, necq; quiescerent, quum uero non quiescant, necq; possunt proficere in melius. Reliquū est igitur, ut decident in deterius. His de causis, bonum habitum statim soluere expediat, ut corpus rursus nutriti incipiat: necq; compressiones ad extremum ducendæ, periculosum enim. Sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & evacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculosæ. Et rursus, refectiones quum extremæ fuerint, periculosæ.

B R A S A V O L V S • •

G A L E N V S & plures huius libri interpretes, Hippocratem de evacuationis quantitate in hoc Aphorismo agere testantur, & etiam in quibusdam consequētibus. Ab immoderata uero inanitione, & repletione incepit, ut reliquas deinde inanitiones & repletiones cognoscamus. Duo autem ab Hippocrate proponuntur: primum, bonum exercitatorum habitum, si in extremo sit, statim soluendum; secundum, non esse omnino ad extremum soluendum. Vnde in genere evacuationes omnes, quæ in extremo sunt, periculosæ existunt, & refectiones ipsas quæ extremæ sunt, periculosas esse oportere.

Orisbasius uero hoc modo aphorismum introducit: Postquam uerba fecit Hippocrates de effusione sive spontanea, sive quæ ab artifice fit, subiunxit quibus fieri debeat, &

quibus non. Consideremus, inquiens, aetates & regiones & morbos: & alia quae sequuntur. Inde agit de exercitationibus.

*E*π τοι γνωστοῖσι, ἃς ἡ πόλη σφαλερὰ, οὐ γένεται ἀστοῦ. idest, In ijs qui se exercent boni habitus ad summum periculoso, si in extremo cōstiterint. Hic Oribasius dubitat contra Hippocratem, quare exercitium ualeitudini p̄apponat: quum nisi ualeudo fuerit, exercitium esse non possit. Valetudo enim duobus modis dicitur: bona ualeudo, quae uirtus: & aduersa ualeudo, quae est aegritudo. Sed Hippocrates sciens istud exercitium ualeitudinem facere, dum causam dicit, curationem significat, ut est in athletis, qui peruncto corpore & perficato exercitantur. Sed hæc dubitatio logica est, potius quam medica, & talis quæ contextui Oribasii magis accommodatur, quam nostro, quem Galenus interpretatur: nempe hoc modo legit. Exercitatio summa, bona ualeudo est. Hic Hippocrates similes habitus intelligit athletarum habitibus, qui corporis habitum multis cibis & ualde nutrientibus conlectum habebant: quippe hi in publicum & in spectaculum uirorum omnium & mulierum in arenam nudati descēdebant, ut uel palæstricam artem, uel cestum exercerent: uerū ut publicitus pulchri, membroſi atq; musculosi uiderentur, ut musculos dilatarent atq; pectora, multum comedebant, & ea cibaria quæ optimi essent nutrimenti. Itaq; impinguabātur, & non solum carnosī efficiēbātur, sed & uenas ipsas humoribus plenas habebant, atq; uasa omnia, in quibus humores seruantur. Hic igitur Hippocrates hunc habitum intelligit ex multis cibis probi nutrimenti in bonos humores uersis factum, uel modo sint athletæ, uel altero exercitio utantur, hi (inquam) habitus ad summum bonitatis uenisse dicuntur, quando uenas omnes & omnia uasa plena habēt, & adeo sint pingues, ut propè sua cuticula cōtineri non possint: hic & in extremo, & prope extrellum esse possunt. In extremo, si nullum uas habeant quod impleri possit, sed omnia sint ad conculationem plena, hic habitus ab Hippocrate periculosus iudicatur, qui ad extrellum deuenerit. Non enim simpliciter τύποι, idest bonus habitus, est periculosus: sed bonus habitus in extremo, de qua re Galenus in libro De bono corporis habitu, copiose egit, inquiens: Cæterum ex eorum numero sunt, quæ cum appositione dicuntur, etiam athletarum salui habitus. Nec iniuria de ijs uerba facit Hippocrates, exercitatorum habitus qui ad summam bonitatem pertineniunt, periculosi. Non enim simplici uocabulo, λαχεῖσαι quum ad summum uenire, periculosum esse scribit: nam idem est ei Ad summum uenire, quod Omnia corporis statuum esse pericolosissimum. sed illa qua athletæ, uel exercitati, uel quomodo cūq; appellare lubet, fruuntur: quoniam neq; simpliciter τύποι, optima est corporis dispositio, ad summum ueniens periculo maxime exponi ratio est. Dispositione siquidem (ait) athleticæ, uere salubris habitus præstat. Itaq; sanæ habitudinis perfectio, euexia dicitur. Athletarum status non simpliciter, sed adiecio nomine pronuntiatur, ut formosa simia, cubitus magnus, statera iniqua, reproba drachma. Hæc Galenus de hoc habitu qui ad summum bonitatis attingit, in quibus uerbis ostendit, Summum bonitatis esse omnium statuum pericolosissimum. Philotheus hic dicit, γνωστὰς λαλέσθαι αθλητὰς, τύποι τὸν πλανητικὸν, ἥπαρ δὲ τὸν οἰστρον. idest, Exercitatos athletas uocat, bonū uero habitum multā carnem, at summū extrellum. Oribasius uero hoc intelligit & de athletis, & de his qui in iniuitate sunt, quia in ipsis uiget uirtus naturalis, & ideo fortes sunt, quos necesse est omnē cibū bene concoquere, unde multū quoq; assūmere coguntur, ex quo sanguis quotidie generat, & ex multo sanguine corpora eorū incrassantur. Erit ergo apud Galenum duplex bonus habitus: alter exercitatorū, qui simpliciter nō est bonus habitus, nisi ratione bona qualitatis, de quo Hippocrates in libro De ratione uictus, tractat, inquit: Natura uero haec acris est, celeriterq; in ultraq; uertitur, parūq; hic bonus habitus in his corporib; durat. Alter est bonus habitus nō pinguiū & musculosorū, sed naturalis: quē, ut dicit Galenus, plurimi agricolæ habent in fodienda terra, metēdis segetibus & alijs laborib; exercitati. hic est uere bonus habitus, de quo p̄dicto loco dicit Hippocrates. Rara autē carne cōpacti & hirsuti, cibū necessariū magis suscipiunt, & laborib; magis durat, diutiusq; bonū habitū cōseruant. Propterea & Galenus in Exhortatione ad bonas artes, ubi poetarū exēplis athleticā artē reprehēdit, addit, omnia ab Hippocrate dānari. Nam inquit, habitus athleticus nō est secundū naturā, melior est habitudo salubris; ac si uideat

Galenus

Galenus ita Hippocrate in hoc loco intelligere, quod de athletica natura loquatur ad salubrem comparans, duplaremq; habitum innuit athleticum & salubrem. Athletasq; eodem loco ubertim pingit Galenus, inquiens. Quapropter ego sane dixerim, ista exer citationem non facere ad bonam ualeitudinem, sed morbos potius accersere: nam id, ni fallor, sentit Hippocrates, quum ait, affectio athletica non est secundum naturam, sed ha bitudo salubris melior. His dictis, non solum palam negavit illorum exercitationem esse naturalem: uerum ne habitudinem quidem appellauit illorum affectionem, spoliis illos etiam nominis honore, quo cuncti ueteres appellare solent homines, qui tunc essent bona ualeudinis. Siquidem habitus est affectio quaedam stabilis ac perpetua. Contraria ath letarum ad summum progressa bona corporis habitudo quum obnoxia periculo est, tum facile in diuersum mutabilis: neq; enim recipit accessionem, eo quod ad summum per quenit: tum ex eo quod eodem in statu confitere non potest, nihil restat nisi ut iergat in deterius: atq; hoc quidem in statu corpus est ipsis dum athleticam exercent. Ceterum ubi discesserint ab exercitijs, multo peius habent. Etenim nonnulli paulopost emoriuntur; alij uero diutius quidem uiuent: at ne ipsi quidem perueniunt ad senectutem: & ut iam perueniant, nihil differunt a litis illis Homericis, claudi, rugosi, luctiosi, oculis orbi. Quemadmodum enim moenium partes tormentis concussae, quouis incommode corrunt, nec terra motum, nec aliud illum grauiorem insultum ferre possunt: Itidem & athletarum corpora, corrupta, & imbecillia facta, plagis ac uulneribus in exercendo ac ceptis, facile ad quamlibet leuem occasionem ieduntur. Et multa alia addit de athletarum incommode, qua tu in hac exhortatione ad bonas artes legere poteris. Imò deniq; addit, athletas dici, quasi ἄθλοι, idest miseri, uel ab athliote, idest miseria: unde in libro De bono corporis habitu, docet, semper ab Hippocrate athletarum euexiam esse damnatam, & à Platone in libro De republica tertio: quando scilicet est ad summum bonitatis: date exemplum de cubito, qui non est uere cubitus, si magnus appelletur, ut si dixerimus, Cubitum magnum, non amplius est cubitus, si magnus est: & bonum habitum, simpliciter & per respectum dici. per respectum, ut cum altero substantiо iungitur: ut si dixerimus, Bonus habitus Dionis, simpliciter uero, Bonus habitus Milonis & Herculis dicitur: & in formoso Achilles, simpliciter formosus dicitur: sed simia, non dicitur simpliciter formosa, sed formosa simia. Eodem modo, bonus habitus de quo hic agit, non dicitur simpliciter euexia, sed athletarum euexia. Galenus etiam in libro De ratione trictus priuatorum, quem aliqui Hippocratis, alij Polybi esse uoluerunt, ubi author dicit: Hæc autem natura celeriter: & cetera. Galenus dicit: Bonum habitum uocat, naturam eorum qui densam carnem obtinet; hic autem bonus habitus exiguo tempore uiget. Deinde Galenus sequitur, Ostensum autem est commentarij in aphorismos, quod exercitatorum habitus probus cum sanguinis & carnium repletione naturam facultatem custodit: sed quemadmodum illic habitudinem in summo bonam, iudi cauimus esse pericolosam, quæ non citò rariss corporibus aduenit, ita quoq; in densioribus quam celerrime, quod haud ex facili feratur, accidit: quippe quum relabi cogatur, repente tum oritur, tum perit.

οὐ γέ δύωντες πάθειν τὸν αὐτόν, οὐδὲ ἀπίμετον. idest, Neq; enim possunt in eodem permanere, necq; quiescere.] Hæc est Hippocratica ratio, cur bonus ille habitus periculosis sit, quia in eo permanere non possunt, necq; quiescere: nam natura semper concoquit, distribuit & assimilat. quū uero non quiescant, & pleni sint, adeo ut nihil addi possit, tamē semper noua cibaria appetant & comedant, id necessarium est consequi, quod à Galeno dicitur in libro De bono corporis habitu, Vas aliquod iocinoris aut pulmonis aut thoracis confringit. sunt enim molliora tunicis hæc uasa, & ob multam horum membrorum caliditatem feruerunt sanguis & ebullit, uasaq; frangit: ut dolia musto plena quandoque facere solent, uel innatus calor suffocabitur, quia à prospiratu remotus est. Galenus uero in libro De respirationis usu, docet, quod uenüs sanguine affatim abundantibus calor innatus suffocetur: quod autem uenae rumpantur, in anatomicis institutionibus positum est à Galeno. Non possunt ergo in eodem permanere, quia ex nimio appetitu edere coguntur & nutrituntur: non habent autem uasa, quo hoc nutrimentum recipiant, ideo non possunt in eodem statu permanere, nec hic quiescere: quod quiesce-

re intelligi potest, quo ad hunc statum, in quo sunt. Sed etiam apud Galenū in Exhortatione ad bonas artes, intelligere possumus, quod non quiescant: quia quotidie supra quam conuenit, laboribus exerceuntur, & ingurgitant sese nonnunquam, & ut ad medium usque noctem proferentes cibi sumptionem, ut alius (inquit Galenus) in illos torserit illud Homerū:

ἄλλοι μὲν ἡραὶ τε καὶ νῆσοι ἐποκόρυσαν
εὐδομὴν παννύχιοι μαλακῶν διεμηγελοῦντες υπνω,
ἄλλοι οὖν ἀθληταῖς λανθάνονται σύνεστρον.

Quem si interpretari lubeat, hic ferè sensus est:
Dormibant reliqui diuinis hominesq; per omnem
Noctem, prædulci resoluti corpora somno,
Ast nullus miseris athletas somnum habebat.

Vt uideas non posse quiescere, intelligi non debere: quod si comedere noluerint, ob causam accendantur inflammanturq; & febrem incidant, immo unus est hic istos soluendi modus, scilicet per inediām, sed tamen conuenientem. At permanere non possunt, quia ualde appetunt, concoquunt & distribuunt. Iste igitur bonus habitus non quidem simpliciter, sed exercitatorū, qui ad summum bonitatis attingit, idest in summo est, quo ad bonum, ut nihil amplius addi possit, quia uasa omnia sint plena, ideo est bonus ratione humorum & roboris, malus ob nimiam plenitudinem: propterea non potest in eodem statu permanere, neque quiescere.

Ἐπεὶ δὲ ὅτι ἀπρεμέοντι, δοκεῖ τι δινεκτά τὰ δὲ βελτίου ἐπιδιδόντες, λέπτεται οὐκ ἀλλὰ χειροῦ. idest, Quum uero non quiescunt, neq; possunt proficere in melius, reliquum est igitur ut decident in deterius. I Qui enim in melius proficere non possunt, nec in eodem statu permanere, quia continuo appetunt, edunt, concoquunt, distribuunt, assimilant, ideo necessario decidunt in deterius. Duo uero sunt, in quaē incidere possunt: unum est ueng disruptio, alterum suffocatio: nam innatus calor prospirare non potest, & ideo Galenus in libro De usu respirationis, dicit, calorem innatum suffocari, quando uenæ afferunt sanguine plenæ fuerint: unde & Oribasius dicit, aut uenæ, aut arteriæ eis rumpuntur, aut ipse spiritus uitalis, uel calor naturalis ex constipitatione extinguitur. sacerdos & in apoplexiā multos uidimus incidisse, & præfocatos momento temporis defecisse. Philotheus uero dicit, non quiescere naturales potentias, οὐδὲ σωστις αὐτὸν θάνατος. idest, quoniam status ipsarum mors. Sequiturq; ἵπται οὐκ οὐρανούσι, ἀναλύει γινεται χυλοποιήσις, οὐδὲ αιματωσις, ἀναδοσις, τούτο δὲ ιχεῖ γρύθεις πρόδεσις, οὐκ ιχεῖ. Ωστὸν δὲ οὐ πρόδεσις, οὐδὲ πρόσφυσις. Ωστὸν δὲ οὐ πρόσφυσις, οὐδὲ οὐρανοίωσις. τι οὐκ ἴστολετεπι; οὐδὲ τὸ πλειστὸν τὸ πλεονεξία τὸ ἀμετόπατελαπομένας. idest, Quum igitur non quiescunt, necessario fit humorum generatio, in sanguinem commutatio, distributio. ubi autem adiectio fieri debeat, non habetur. At ubi non est adiectio, ibi agglutinatio esse non potest: ubi uero non fit agglutinatio, neq; assimulatio. Quid igitur reliquū est? Ipsas in deterius decidere sanguinis plenitudine læsas.

Τατέων ἔνεσται τὰ εὐεξίᾳ λύειν δυμφέειν, μη δραδεῖν, ίνα πάλιψ αρχιών αναθρέψι. Λαζαρίδην δὲ σώματ. idest, His de causis bonum habitum statim soluere expedit, ut corpus rursum nutriri incipiāt. Solutio uero fieri debet, ut corpus receptacula habeat ad nutrimentum suscipiēdum. Intelligeç; statim, idest antequām incident præenumerata discrimina. Solutio uero hæc, quum sit simplex plenitudo & proborum humorum, & si per medicamentum & inediām fieri possit, tamen ut plurimum per uenæ sectionem fieri debet, Oribasio etiam dicente: & quomodo potest solui, nisi per inanitionem sanguinis? Continuo ergo uena diuidatur adacto scalpello. Et Philotheus dicit, τάτων οὐκ εὐεξίᾳ τὰ δέσμους καὶ στρῶματα φλεβοτομίας, ίνα πάλιψ αρχιών αναθρέψι. Λαζαρίδης δὲ στρῶματα μη λατεταλυθίνα τὰ διυναμεῖς, οὐδὲ δέσμους τὰ οὐδὲ πλεονεξία τὸ αἷμα γινομένα πάθει, οἷον πλευρίτιη, οὐδὲ ωργούχη, οὐδὲ τὴν ψιλούτων. οὐδὲ τὸ γυναρεικόν δὲ λεπτίδες τὰ πολυστρηκάσι, οὐδὲ τὰ σφριγάρη ἢ αὐτοῖς τὰ διυναμεῖς. idest, His igitur de causis statim bonum habitum soluere oportet per uenæ sectionem, ut rursus principium nouæ nutritionis corpus accipiat: neque id tarde, ne potentias dissoluat, uel ne sequantur que ex plenitudine sanguinis sunt ægritudines, ut lateralis morbus, uel angina, uel aliquid talium

talium: in exercitatis uero carnis multitudinem improbat, quod in ipsis potentiae extumescant. Oribasius medicos admonet, haec quae ab Hippocrate in athletis dicuntur, de omni crasto & obeso intelligenda. Debent ergo hi solui, ut relinquatur capacitas & locus recipiendi nutrimentum: quod & bis & ter & saepe agere oportebit, ut conueniet.

MN ΔΕ ΤΑΣ ΣΥΜΠΤΩΣΙΑΣ ΩΣ ΤΟ ΕΣΧΩΡΥ οὔγειν, σφαλερὸν γαλε. idest, Nec compressiones ad extremum ducendae, periculum enim. Quum bonum habitum soluere uolueris, iubet Hippocrates, ne id ad extremum facias: quia non minus periculorum hoc est, quam sint extrema repletiones: nam per extremam compressionem natura transit de extremo in extremū sine medio. Adde, quod uires adeo imbecilles reddi possunt, ut amplius restri nequeant. Vnde & Oribasius dicit, Compressio dicta est à cōprimendo corpus, hoc est ab extenuando, quia omnis effusio uel inanitio comprimit & inanit corpora nostra; ergo non debet fieri usq; ad extremū, hoc est præter naturam. Considerabit enim medicus, ut si secundum rationem expedit extrahere tres libras, ei subtrahat duas, & octo uncias: quatuor enim uncias relinquunt natura, unde possit consistere & sustentari. Etenim medicus secundum rationem faciens, ultra modum non debet subtrahere, ne incipiat nimia inanitio periculum facere, & non possit uirtus reparari, quia sicuti nimia plenitudo præfocat uel stringit; sic nimia inanitio, uel præfocat, uel occidit. Quia si ipsa uirtus & calor noster naturalis, qui est cum sanguine, effunditur: cibus qui post datur, quomodo poterit concoqui, & sanguis inde generari? Et si sanguis & concoctio non administret, necesse est ut tabescat corpus & deficiat. Nam sunt quatuor uirtutes operatiæ in nobis, qua siue uigilantibus, siue dormientibus nobis, semper operantur: & dum non habuerint quod consumant, ipsum corpus cessando consumunt, ipsa enim earum cæssatio, corporis consumptio est. Hæc Oribasius, Philotheus etiam ita hanc partem exponit, φτωχὸς πόλι μέτρον τὴν λετὰ ποσότητα λεγόστως διαλέγεται καὶ φυσι, μὴ εἰς τοστοὺς οὔγειν τὴν λετὰ ποσότητα λεγόστω. ἀπειρ γάρ οὐκέπειρ εὐεξία οὐδὲ λεταλέγει τὴν διάστασιν καὶ βαθύνειν καὶ λετατωνίγειν αὐτῶν, οὐτος δὲ οὐκέπειρ λεγόστως ήδη διαλέγει διαφορῶν καὶ διαφθείρειν. αὐτῷ δὲ η λετὰ ποσότητα λεγόστως δρισμὸν ἔχεται εἰ τῆς το κέμποντορ διναμεως, καὶ μὲν καὶ εἰ τῶν λοιπῶν σοιχέων, οἷον ωραῖς καὶ χώρας καὶ ἡλικίας δὲ τῶν λοιπῶν. ἀλλὰ δὲ τῆς συμπτώσιας τῶν ἀγγείων ἐθλιωτε τὴν λεγόστων. καὶ γάρ λεγούμενον τὸ τετρεγχόμενον φύγειν, καὶ οὐδογοῦν αὐτά, οὐ τῆς συμπτώσιας ἔπειται πάθος. idest, Hic de euacuationis mensura penes quantitatem disserit, & inquit, non ad summum faciēdam esse penes quantitatē, euacuationem. Sicut enim immoderatus bonus habitus potest dissoluere nouit, & agrauare, atque ipsam suffocare: Sic & immodica euacuatione dissoluere, discutere & corrumpere. Ipsa uero penes quantitatē euacuatione ex egrotantis potentia terminum habeat, & etiam ex alijs enarratis elementis, ut tempore & regione & ætate, & reliquis: ex compressione autem uasorum euacuationem declarat: et enim contentum in uasis & ipsa intumescere faciens euacuum, concidentia euentus sequitur.

ΑΝ οὐδεὶς αὖ οὐ φύσις οὐ τῇ μέλλοντο ξενιζένειν, εἰς τοστούς οὔγειν. idest, Sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit.] Nunc edocet Hippocrates, ad quem terminum euacuare liceat. Ad talem, inquam, terminum, ut is qui euacuatur, ferre possit, nec imbecillis fiat, nec de extremo ad extremum sine medio pertranseat. Quod si dixeris, Galenum quandoq; sanguinis missione & euacuationem usque ad animi defectum iubere, Respondemus, uerum esse, quando morbus exigit, ut intensissimus dolor, & natura eius qui euacuatur ferre potest. Imò quum euacuat, aut usque ad animi defectum uenam secat, usque ad hoc facit, ad quod eger perueniens ferre potest: non enim iubet, usque ad animi defectum euacuandum, ipsum animi defectum incluens, sed excludens. nam si amplius euacuatio procederet, animi defectum incideret. imò quum ad animi defectum sumus, etiam si ampliori sanguinis extractione indigemus, amplius euacuare non debemus. Hoc totum ad ægrotantis uires Oribasius refert: ad hoc enim ducentum, quantum uires tolerare possunt. Et hæc est uera Hippocratis intentio.

Ωσάντως δὲ καὶ ἐν λεγόντοις, δε ἐς τὸ ἕστηχον ἄγουσσαι σφαλερά, καὶ πάλιν ἀναθέρβενται
αὐτὸν τὸν οὐρανόν τοις σφαλερά, ιδεῖτο. Σίκα δὲ euacuationes quae ad extremū deducunt,
periculosa; & rursus refectiones quae ad extremum ueniunt, periculosa;. Hæc est huius
aphorismi præcipua cōclusio. Sicuti in exemplo de athletis, plenitudines quae ad extre-
mum deueniunt, periculosa; & euacuationes ad extremum periculoſe. Ita in unitersum
dicere oportet; Omnes extremae euacuationes, periculosa; & omnes refectiones extre-
mae, periculosa. Philotheus hanc partem ac si sit unus distinctus aphorismus, exponit:
sed expositio similiſ illi, quam nuper dedimus. Inquit enim: Οὐτοῦ ἀνεξηγητοῦ πρεσ-
τινων σοφῶν λαταλέειπεν ὁ ἀφορισμός, οὐτὸν δοκεῖδει αὐτῷ, τωντολογίαν εἶναι. οὐκ ἐστὶ δὲ
οὐτως. ἀλλὰ ἐπειδὴν ὁ ἴπποκρετικὸς ποὺς τωντοῦ ὑλικὸν διαλεγόμενος παραδείγματι ἐχεῖτο τὸ
τύπον, οὐδὲ ταῦτην ἔθερσταντος. οὐδὲ μετὰ παραδείγματος ἐκεῖνον αὐτὸν αὐτὸν, λέ-
γον, ἐτι οὐκ ἀδι τύποντος μόνον λέγει ποὺς. ἀλλὰ ὅτε διὰ ποὺς εἰ παραδείγματος λέγεται, μηδὲ
τοὺς αὐτοὺς ποὺς, μηδὲ τοὺς αὐτοὺς ποὺς, οὐδὲν ἄλλον ἄλλον ἔταιρον ἐπανέργη. ιδεῖτο. Hic inenar-
ratus aphorismus apud quosdam sapientes derelictus est, quoniam repetitus esse uideau-
tur. Non est autem sic. Sed quoniam Hippocrates de materia quantitate differens pro
exemplio quadam bono habitu usus est, & hunc curauit: nunc post exemplum, seipsum
ad uniuersale conuertit, dicens, quod in solo bono habitu hoc non dicit; sed si quandoq;
euacuationem feceris, ipsam ad extremum non facito, neq; refectionem; quoniam nihil
immodicum laudare conuenit. Vnde & ab Oribasio dicitur, Quicquid enim amplius
fuerit inanitione congrua, malum est. Nonnulli uero antiquiores aphorismorum inter-
pretes hanc aphorismi partem ad athletarum exemplum conferre uolentes, inquiunt,
Hippocratis sensum esse in hac parte, Euacuationes esse periculosas, quia refectiones in
ipsis euacuationibus sunt periculosæ; ut id solum probet, euacuationes esse periculosas,
ob refectiones quae post euacuationes immodicas periculosæ sunt: tunc enim vires im-
becilliores effectæ sunt. Galeno autem hæc intellectio non placet, tum quia exēplum
de bono exercitatorum habitu auferretur: nam refectiones extremae non demerentur,
sed illæ solum quae post extrebas euacuationes sunt. Certum uero est athletarum refe-
ctiones soluendas esse, quæ tamen post ultimas euacuationes factæ non sunt.

Præterea Galenus addit id uerbum, Rursus, de re diuersa sermonem fieri ostendere.
Addi tu, præcipuam intentionem esse de refectione: ut quisq; etiam mediocriter erudi-
tus noscere potest. Ideo uanum uideretur de ipsis non tractare. Diuus etiam Hierony-
mus in tertio Contra Iouinianum libro, hunc aphorismum suo modo, sed non multum
differente intelligit. Ibi enim ganeam & epularum exuberantiam arguens, inquit: Hip-
pocrates in Aphorismis docet, craſſa & obesa corpora quæ crescendi mensuram imple-
uerint, nisi citò ablatione sanguinis immiuatur, in paralysim & pefima morborum ge-
nera erumpere, & idcirco esse necessariam demptiōnem, ut rursus habeant in qua pos-
sint crescere. Non enim manere in uno statu naturam corporum, sed aut crescere sem-
per, aut decrescere: nec posse uiuere animal, nisi crescendi capax sit. Postea idem Hie-
ronymus sequitur: Vnde Galenus uel doctissimus Hippocratis interpres, athletas quo-
rum uita & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ, nec uiuere posse diu, nec fa-
nos esse, animasq; eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas, nihil te-
nue, nihil cæleste, sed semper de carnibus, & ructu, & uentris ingluwie cogitare. Hæc di-
uis Hieronymus, in quibus disce ipsum omnia corpora intelligere adeo obesa, ut cre-
scendi mensuram impleuerint. Quod intelligi possit, quæ ad ætatem pertuenerent, ubi cre-
mentum definit. Tamen nos illum potius intelligimus, ut dicere uelit ea corpora adeo
plena esse, ut in sua cuticula contineri non possint, tunc paralysim incident, uel apople-
xiā, uel morbum comitiale, uel alterum ex his morbis, qui ad plenitudinē sumimam
sequuntur, ut est suffocatio, & aliquius uasis disruptio: de quibus in commendatione sua
Galenus. Celsus libro secundo, capite secundo, huius aphorismi sententiam ponere
uidentur: nam hoc loco de signis aduersæ ualeitudinis futuræ, agit, & inquit, Ergo si ple-
nior aliquid & speciosior & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet. Quæ
quia neque in eodem habitu subsistere, neque ultra progredi possunt, ferè retro quasi
ruina quadam reuoluuntur. Si uero petas, quid peius sit, an esse plenum ad extremum,
an esse extenuatum ad extremum, Celsus eodem loco respondet, inquiens, Peius tamen
signum

signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emarcuit, & calorem decorēq; amisit: quoniam in his quæ superant, est quod morbus demat: in his quæ defunt, non est quod ipsum morbum ferat.

Dubitant recentes, Nunquid athletica corpora, quæ in summo plenitudinis sunt, extremè euacuare oporteat.

Nos pro huius dubij solutione Galenum adducemus in libro De plenitudine, qui totus ad huius aphorismi propositum deduci posset. docet eo loco, euexiam esse bonum habitum: ad bonum uero habitum, εὐτροφία, idest proba solidarum partium nutritio spectat, & εὐσάρκια, idest eufascia, quæ est bona carnificatio. Corpulentia præterea ad auctam carnem spectat. Ita in sanguine adest εὐαιμία, idest euæmia, & sanguinis copia, quam Græci πολναιμια uocat. In athletis, inquit Galenus, humores & caro & uires, proportione mutua in ipsis increscunt: quare athletæ euexiam habent, eutrophiam, eufasciam, corpulentiam, euæmiam & polyæmiam. Ideo euacuandi sunt: sed adeo euacuandi, ut rursus corpus nutriti possit, potest autem nutriti facta euacuatione tolerabilis: est uero tolerabilis, si is qui euacuatur, bene ferat, & imbecillis non fiat. Hanc totam plenitudinem empirici syndromen, idest uniuersorum implentium congeriem uocabant, nolabantq; purgare, aut uenam secare per suos canones, nisi syndromen uidissent. At eos optime Galenus reprehendit. Ad rem igitur, Non sunt ad extreū euacuandi, ut Hippocrates docuit. Quod si recentiorum argumentum adduxeris, scilicet curationem per contrarium æquale in gradu fieri debere: igitur immoderata repletionem per immoderatam euacuationem curare oportebit, quia suum contrarium est in gradu æquale.

Respondemus, repletionem & euacuationem omnino contraria esse, sed immoderata repletionem & immoderata inanitionem non esse cōtraria, nisi hoc modo intellexerimus, quum aliquid immoderate repletum est. Euacuare immoderantiam est eius oppositum, quod ad curam exigitur. Quum uero pertransimus, & magis euacuamus, quā sit extreū in plenitudine: tunc hoc non est contrarium extreū plenitudini: ut si corpus aliquod naturaliter decē humoris libras habuerit, & adeo impletatur, ut nūc ad uiginti excreuerint, euacuatio huic repletioni contraria esse debet, quæ euacuat usq; ad decem. Si uero decem pertransuerit, illi plenitudini uiginti cōtraria non est, quæ decem per decē excedit. Sed erit opposita ueræ constitutioni naturali, quæ est habere decem, unde plenitudo illa est præter naturam, quæ ad summum est: euacuatio est secundum naturam, quæ hoc quod est ad summum, euacuat, in eo quod est secundum naturam quiescens. Si uero ulterius procederet euacuatio ultra id quod exuperabat, tunc in aliud euacuationis genus pertransit, & præter naturam efficitur: nam quod naturaliter exigitur in hoc corpore euacuat. Ex his ad recentiorum argumētum dicimus, Euacuationem immoderata plenitudini simpliciter cōtrariam non esse, sed euacuationem quæ immoderatum euacuat, immoderata plenitudini contrariam esse. nam hæc particula Immoderatū, quæ plenitudinem determinat, est illa quæ euacuationi dat quantum euacuare oporteat, ut plenum immoderatum amplius immoderatum non sit. Contraria enim hanc naturam habēt, ut uno posito aliud absit. Quum igitur aberit immoderata repletionio, euacuatio introducta est, tunc uero est introducta, quum immoderatum abest. Ideo euacuatio immoderata repletioni immoderata contraria non est: sed bene euacuatio quæ immoderatum euacuat, ad repletionem immoderatam.

At quod à recentibus additur, nisi ultimò soluerentur, plenitudinem iterum incurrent. Nos dicimus, ultimò soluendos non esse: & fatemur iterum plenitudinem incurire, atq; iterum esse euacuando: ob id enim soluuntur, ut corpus receptaculū habeat ad sanguinem suscipiendum atq; humores.

Dubitant etiam recentes, An in corpore nutrimento & laudabili sanguine replete, ut est athleticum corpus, uerū appetitus atq; naturalis fieri possit.

Nos breui dicimus, In hoc corpore bilem atram à liene ad os uentriculi transmitti, quia corpus hoc naturaliter constitutum est, & hoc est naturæ opus: propterea hic uis appetet, quamvis membra nullo nutrimento egeant, & erit naturalis appetitus.

G A L E N V S
I L L V M Q VI antecedit sermonem esse de eorum quæ euacuantur qualitate, do-

cuimus

cūimus. In hoc autem & sequentibus uult de quantitate docere, & ab immoderata repletione, atq; euacuatione initiū sumit, in hoc quoq; aphorismo proposito, sicuti in alio præcedente, quoddam exemplum supponens, & ad hoc, ut confineat, suum sermonem dirigens. Exemplum autem ipsi est, exercitatorum bonus habitus. Vocat autē bonum habitum exercitatorum, illorum scilicet quorum hoc est totius uitæ institutum, assidue operam dare exercitationibus, ut alios deiçiant, more athletarum. Qui enim simpliciter bonus habitus nominatur, quem plurimi agricola habent, in fodienda terra, metendis segetibus, & alijs ruralibus laboribus occupati, ad immodicam repletionem non attingit. Athletarum autem bonus habitus, non mediocrē hanc culpam habet, quod student tumoris molem corpori adiçere, & ut liquere potest, humorū multitudinem. Hi enim apparatus quidā sunt totius corporis nutritionis. Et nisi ipsi præsto sint, fieri non potest, ut corpora ad tumorem immodicum non perducantur. Quare necessarium est huicmodi dispositionem esse periculosa. Quum enim uasa cibis ac potibus fuerint supra modum repleta, periculum est, ne disrumpantur, aut calor nativus stranguletur, aut extinguitur. Sicuti & nonnulli athletæ, qui ad immodicā uenerunt repletionem, eadem ex causa subita morte interierunt. Qui autem ad naturę opera utilis est bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius est, quia nunquam ad extremam peruenit repletionem, quare necq; ipsum soluere oportet, sicuti alterum athletarum, quum ad extremum peruenit. Hunc enim soluere oportet, haud quaquam morantes, sed anticipantes solutio ne periculum. Causam uero ob quam soluere oporteat, talem ipse subiecit, dicens: Neq; enim possunt in eodem permanere, necq; quietescere. Nam quum semper natura conditionem, alimenti distributionem, sanguinis generationem, adfectionem, agglutinationem, atq; assimilationem operetur, quando nihil adiçti solidis corporis partibus potest, necq; uena amplius habent conceptaculum in quod alimentum distributum recipiatur, tunc periculum imminet, aut disruptionis, aut mortis repentinae. Vt igitur corpus rursus habeat locum quo nutritur, bonum habitū oportet sine mora soluere. Eius autem solutio est euacuatio, ut liquet. Et hanc quoq; oportet non ultra modum facere, quum sit immodica euacuatio, non minus immoderata repletione periculosa. Intentio autem quantitat̄ euacuationis, non solum humorem respicit superabundantem, sed & uires hominis qui debet euacuari. Alij enim minus, alijs magis perferunt euacuationes. Haec quidem ab ipso de bono habitu athletarum dicta fuere, quod ipsa per se ipsa possunt conducere, his qui tale uitæ institutum elegerunt, & sunt medicis ueluti exemplum sermonis postea subiungendi. Inquit enim sic: Et euacuationes quæ ad extremum deducunt periculosa. Et rursus refectiones quim extremæ fuerint periculosa. In quo sermone tota summa sententia haec est, quod necq; euacuare, necq; replere supra modum oporteat, cuius rei documento esse potest, bonus habitus athletarū, qui alioquin inculpabilis existens (ut qui & bonis abundet humoribus, & uires habeat robustas) hoc solum malum per maximum gerit, quod ad extremam uenit repletionem. Quapropter statim cum soluere oportet: & sicuti rursus qui sunt tali natura prædicti, non sunt ad extremam euacuationem perducendi: sic & qui alia quauius egent euacuatione, non sunt supra modum euacuandi. Nam ut in uniuersum dixerimus, in omni euacuatione uires ægroti oportet attendere, & donec tolerat, & nondum laborat, tentandum est humorem exuperantem educere: quum uero dissoluuntur, etiā si restent superfluitates, cauere oportet earum euacuationem. Quod autem ait, & rursus refectiones si in extremo constiterint periculosa: Si quis debeat sermonem hunc ad exemplum retribuere, ne sit decurtatus, in ultima dictu repletione uidebitur, quam iubeat caueri, & non usq; adeo refici corpora, ut ad extremam ueniant repletionem. Si uero sermonis figuram attenderis, ut nonnulli expositores fecere, de eadem re bis ipsum dicere, sed aliter atq; aliter, cogitabis. Quum igitur ita dixerit, sic & euacuationes, quæ ad extremum perducunt, periculosa, hoc solum patibus, præcipere fugiendas esse immodicas euacuationes, quoniam sint admodum periculosa. Quum uero subiungens dixerit, & rursus refectiones, quum in extremo constiterint periculosa, ob hoc uetare immodicas euacuationes, quoniam & refectiones in ipsis haud quaquā securæ existunt, quū sit natura iam facta imbecillis, & neq; iam possit sufficienter coquere, necq; distribuere alimentū, necq; assimilare. Verum si quis ita sermonem accepérit

acceperit, altera doctrinæ pars, de superflua repletione relinquetur, & frustra exemplum de bono exercitorum habitu erit allatum. Quidquid & hoc ipsum uerbum, rursus, in tota adiectum oratione, sententiam quam diximus uidetur manifestare, quum ita dicat. Et rursus refectiones, quum in extremo constiterint, periculosæ. Ut enim qui de altera sermonem faciat, ita uerbum rursus apposuit.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, quum in præcedenti aphorismo de qualitate eorum quæ evacuantur, differuerit; nunc in hoc, & in sequentibus uult de quantitate edocere; incipitq; ab immoderata evacuatione atq; repletione; & sicuti in præcedenti aphorismo exemplo quodam usus est, ita & in isto, exemplo quodam utitur; exemplum uero in bono exercitorum habitu ponit. Hic uero bonus exercitorum habitus est in illis, qui totum uitæ suæ tempus in excretionibus conterunt, ut alios deïsciant, sicut sunt athletæ.

Quod legitur, More athletarum: Græce est, ἀστροφός οὐθληταί. idest, Sicuti athletæ. Hocq; magis conuenit; nam si, more athletarum, legamus, uidebitur non esse ipsos athletas.

S E C U N D O, Galenus docet bonum habitum simpliciter, qualem habent multi rusticæ terram fodientes, arantes, & segetes metentes, ad immodicam repletionem non attingere; sed bonus athletarum habitus uehementer peccat, quoniam student corporis molem accrescere, & humorum multitudinem; nam cibi sunt apparatus ad totius corporis nutrimentum: & nisi succurrant, quum corpora ad tumorem immodicū perduci non possint, necessarium est hanc dispositionem esse periculosam.

Quod legitur, Et (ut liquere potest) humorum multitudinem: Græce est, οὐδεὶς διλογόττος μᾶλλον χυμῶν. idest, Et uidelicet etiam humorum multitudinem.

Quod etiam legitur, Hi enim apparatus quidam sunt totius corporis nutritionis: Græce est, πρεποτέρων γάρ οὐρανὸς τοῦ περιβολεῖται τοῦ λιπέψεως. idest, Hi enim, scilicet cibi, præparatio sunt totius corporis nutritionis.

Quod dicitur, Corpora ad humorem immodicū non perducatur; illa particula Non, obelo confodienda est.

T E R T I O dicit, Quum uasa fuerint supra modum repleta, periculum est, ne uel ipsa uasa disrumpantur, uel calor nativus stranguletur aut extinguitur; sicuti nonnullis athletis contigit, qui ad immodicam repletionem uenientes subita morte interierunt.

Q V A R T O docet, Bonum habitum naturalem non timere hæc dispendia; nūquam enim ad extremam peruenit repletionem; unde non est opus hunc soluere; sicuti opus est athleticum bonum habitum soluere, quum ad extremum peruenit, nam hic statim soluendus, ut hac solutione præoccupemus incommoda quæ consequi possent.

Q V I N T O dicit, Hippocratem causam subiçere, quare soluendus sit hic bonus athletarum habitus, quia non possunt in eodem permanere, neq; quiescere; quia semper natura concoquit, distribuit, sanguinem generat, adjicit, adglutinat & assimilat. Quum nihil adjici posset solidis corporis partibus, & uenæ non habeant conceptaculum, in quod distributum alimentum recipiatur, necesse est aut uas aliquod disrumpi, aut repentine mori per suffocationem. Ut igitur sit in corpore locus nutrimentum recipiens, statim bonum hunc habitum soluas, quod euacuatione fit, & per medicamentum, & per uenæ sectionem; sed & hæc euacuatio ultra modum fieri non debet, aliter non esset minus periculosa immodica repletione.

Quod legitur, Tunc periculum imminet, aut disruptionis, aut mortis repentinæ: Græce habetur, αὐτὸς λινούντος λασαλαβεῖη, οὐκέτως αγγεῖον τινός, οὐδὲ αφριδίου θανάτου. idest, Necessariò periculum imminet, aut disruptionis alieūi uasis, aut repentinæ mortis.

S E X T O docet, unde accipi debeat intentio quætitatis euacuationis; nam & ab humoris ipso, & à uiribus eius qui debet euacuari, sumi debet; aliqui enim magis, aliqui minus euacuationes preferunt. Hæcq; ab Hippocrate dicuntur de athletis, quæ conduce re possunt ijs, qui tali uitæ instituto utuntur, & nos debemus istos pro exemplis in remedica adducere.

Quod

Quod legitur, Sed & uires hominis qui debet euacuari : Græce est, ἀνακρὺ ἡ φύσις
τὸ εἶγε, τούτης γένη σύναψις τῷ λευκομάνιῳ αὐθεόπον. idest, Sed & natura, hoc est uires ho-
minis qui debet euacuari.

SEPTIMO ad aliam aphorismi partem exponendam, quæ tamen principalis est, se
continet. Hippocrates dicit, euacuationes ad extremum, & repletiones ad extremum,
esse periculosæ: ut in summa hoc dicat, neq; euacuandum, neq; replendum ad extremum
esse. Quod exemplo probari potest, ex bono athletarum habitu, qui also qui inculpabilis
existit; nam & bonos habet humores & uires robustas, ac peruenit ad extremam pleni-
tudinem, & ideo statim soluendus est. Vnde ex his regulam accipe, Sicuti athleta in bo-
no habitu non sunt extreme euacuandi; sic nulli alij, qui euacuatione indigeant, sunt ad
extremum euacuandi: unde hoc perdiscatur. In omni euacuatione uires egroti atten-
das, & quousq; ferre possit, humorum superabundantē educere tentādum. At si hi quos
euacuas dissoluantur, etiam si excrementa & superfluitates supersint, earum euacua-
tionem cauere oportet.

Quod legitur, Neq; replere supra modum oporteat. Id uerbum oporteat, Græce est
πλούσιες, idest conueniat.

Quod etiam legitur, Et nondum laborat: Græce est, ργὴ μὲν οὐ πάντα.

OC T A V O illam particulam exponit, Et rursus refectiones si in extremo consti-
tint, periculosæ. Dicit autem, si quis uelit hæc uerba ad exemplum athletarum deduce-
re, ne sit decurtatus, ita intelligere debet. Quod de ultima repletione loquatur, quam iu-
beat caueri, & corpora non ulcigadeo refici ut ad extremam ueniant repletionem. At ex-
positores quidam figuram uerborum considerantes, de eadem re his loqui dicunt; sed alt-
ter atq; aliter, ut statim apparet.

NONO per comparationem ad euacuationes exponit secundum aliquos exposito-
res, dicens per hæc uerba, Euacuationes ad extremum periculosæ sunt; docet solum immo-
digicas euacuationes fugiendas esse, quia periculosæ admodum sunt. Quum uero addit,
Reflectiones extremæ periculosæ: ex hoc uoluit Hippocrates (secundum istos) immodi-
cas euacuationes prohibere, quia post has euacuationes, refectiones sunt periculosæ, quia
natura iam imbecillis facta est, adeo ut non possit sufficienter coquere, neq; distribuire
alimentum, neq; assimilare.

Quod legitur, Quum igitur ita dixerit: Græce est, ὅταν μὲν ἔται. idest, Quum qui-
dem dixerit.

Quod etiam legitur, Hoc solum: Græce est, οὐτί αὐτὸν μόνον. idest, Ex hoc solum.

Quod etiam legitur, Quoniam & refectiones in ipsis; lege, Post ipsas: οὐτί αὐτὸν.

Deniq; Galenus horum interpretum sententiam refellit: primò, quia altera doctrinæ
pars, scilicet de superflua repletione relinquetur: secundò, solius boni habitus exercitato-
rum, & non aliorum mentionem faciet: tertio, uerbum rursus ostendit, quod de re alte-
ra sermo fiat.

Quod legitur, Et frustra exemplum de bono exercitatorum habitu erit allatum: Græ-
ce est, οὐτὶ μετρητὴ εἴσαι τὰς γυμνασικὰς τύχιας μεμνηθέσθαι. Tamen contextum uidimus,
quia ita incipit, οὐτὶ μονῆς εἴσαι: & reliqua. Tuncq; hoc modo interpretari debet, & solius
boni habitus exercitatorum, erit mentionem faciens.

APHORISMVS IIII

Victus tenuis, atq; exquisitus, in morbis quidē longis semper, in acutis uero,
in quibus non conuenit, periculosus. Et rursus qui ad extremum deuenit te-
nuitatis, grauis est. Nam & repletiones, quæ ad extremū deueniunt, graues sunt.

BRASAVOLVS

APHORISMVS præcedens de quacunq; immodica euacuatione & repletione
intelligebat, uelis egrotaret, uel sanus esset, qui euacuaretur aut impleretur, imo de sanis
potissimum agebat, ut de athletis exemplum ostendit, Nunc de ægrotantium uictu ser-
monem

monem habet. Pro hoc autem aphorismo & eius intellectione perfecta totus liber De uictu acutorum, in medium afferendus esset, & omnia etiam essent addenda quae a Galeno in commentarijs scripta sunt. Tamen hac congerie omessa, quae intentionem nostram prorogaret, ut hunc aphorismū sufficienti expositione interpretetur, scire oportet, apud Galenū hæc alimentorum genera inueniri, alimentum plenum, alimentum modicum, alimentum tenue. Alimentum plenum, est sanorum cibus, qui non solum uires conseruat, sed etiam auget. Alimentum modicum, ad sanos etiam spectat; nam uires quidem conseruat, sed non auget. Alimentum tenue, id est quod uires imbecilles reddit. Hoc uero alimentum quod tenue dicitur, ab authoribus in multas partes diuisum est: nempe in tenue sine aliquo addito, in tenue exquisitè, in tenuissimum, & in tenuissimum in extremo. Tenuissimum in extremo alimentum est, nihil penitus dare. Et si dubitatibus, quomodo alimentum dici potest, quum nihil datur: Respondemus, ita esse illius uocabuli apud medicos usum. Tenuissimum uero est, dare melicratum solum. Tenue est, ptisanae succus: qui si etiam in pauca quantitate sumatur, est exquisitè tenue. Sanos homines non solum conseruare debemus, sed etiam augere: propterea uictus plenus illis cōpetit. Qui uero ægritudine longa laborant, uires augere non debent, sed bene conseruare: aliter usq; in finem non sufficeret: propterea hi modo uictu cibandi sunt, qui etiam sanis cōuenit, in quibus uires augere non cupimus. Sed illas solum conseruare animo est, quos etiam in longo morbo totis uiribus seruare studemus. Quum uero ægritudo breui terminatura est, si quarto die finire debeat, aliquid dare non est opus: si uires sufficerent, & in septimo terminatura esset, nihil penitus dandum est, nisi post illum terminū. Vnde Hippocrates in quarto De ratione uictus in morbis acutis libro, de angina loquens, iubet dandum non esse iuscultum, nisi post iudicationē: sed si quid dandum sit, aqua egelida uel aqua mulsa concedatur. In pleuritide uero & pneumonicis, ante septimam quicquam dari non uult: si post septimā æger in tutto esse videatur, uuln. dari exiguū tenuemq; cremorem, eumq; melle conditum in primis exhibere. Ut manifestissime appareat, antiquiores extremo tenuissimo uictu in prima etiā septimana usos esse, idest nihil dedisse. Tamen ex Galeno habetur: Si ægritudo primis quatuor diebus iudicari debeat, quod ex acucie & symptomatum sequie cognoscitur, tunc nihil dandum est: nam his tenuissimus uictus in extremo conuenit, ut in angina sit, quæ si acuta sit, quartum diem non excedit. Propterea nos, hoc anno in quo angina epidemicus morbus fuere, multos ad quartū diem absq; ullo edulio perduximus, non tamen absq; aquæ potu, quamvis & nonnulli uel minimam aquæ guttulam deglutire non possent. Si uero morbus prima septimana iudicari debeat, solum melicratum dandum est, quod est tenuissimus uictus, sed non in extremo: tamen si in uiriū robore non fideremus, ptisanae succum dabimus, qui non erit tenuissimus, sed tenuis uictus: tamen si in pauca quātitate exhibetur, tenuis exquisitus erit. At si ad secundam septimanam morbus prorogari debeat atque iudicari, tenui, aut tenui exquisitè uictu uti debemus. Philotheus etiam ita uictus genera enumerat: istοι δέ, οἵτινες μαρφοράς ή διάτησις, ή θύραι, ή επίθημα, ή τέλεση, ή μέλι, ή λεπτή, ή θυράτων δέλτη, λεπτοτάτη, ή τις διώρη αστρια, ή λεπτοτάτη ἀπλῶς, ή πρό δέλτη μελιγράστη. Η λεπτή, οἷον τανσόνιος χυλός. ή δέ, τορπέδη, ησθία ή πτισάνη, η ἀσθροτερερά, ης ἵχθυς, ησθία. ή ἀσθροτερερά, ης λεγκάς. Εἰς δέ μετρον, ησθία πτυχή ή ιπτιόν. idest, Scindum uero quod generales uictus differentiae duæ sunt, tenuis, & plena. Sed tentiis quidem, aut extreme tenuissima, quae est inedia: aut tenuissima quidem, ut est melicratum; uel tentiis, ut ptisanae succus. Plena uero est, ut tota ptisana: uel plenior, ut pisces uel oua: uel plenissima, ut caro. Est autem media hoc, ut panis perlatus, uel placenta ex melle & sesamo. De morbis uero, is chronicus uel diuturnus appellatur, qui quadragesimum diem pertransit. Acutus autem simpliciter, qui in quatuordecim diebus iudicatur. Qui uero quartumdecimum diem pertransit, in quo cuncte sint die, etiam si ad quadragesimum diem perueniant, sed non excedant, a recentibus acuti tropici nuncupantur. Ab Hippocrate, acuti, qui in quadragesima diebus, idest intra hoc spatium iudicantur: Galeno aphorismo decimotertio secundi libri, acuti ex decidentia, quos tamen ex decidentia acutos, & si in loco citato usq; ad quadragesimum a Galeno iudicari dicantur, tamen in fine secundi libri De diebus decre-

torijs scriptum est, ab Hippocrate dici hos quādoq; ad quadragesimum, quandoq; ad sexagesimum terminari. Peracutus uero Galenus uocat illos qui in quarto, quinto, sexto uel septimo iudicantur. At recentes eos, qui in septimo iudicantur, peracutos; qui uero in quarto, perperacutus dicunt. Tamē si de hac distinctione secundū Galenū loqui uel limus, ea referātur quae ab ipso prop̄ finem De diebus iudicatorijs scripta sunt: inquit enim, Vocetur iam peracutus morbus, qui ad septimum usq; diem extendit, qui longius procedit, simpliciter acutus. At hic quoq; differentia in peracuto memoria tenera dā sunt. Etenim exacte peracutus ēst, qui quartum diem attingit: non exacte, qui ad septimum usq; producitur. Eadem ratione inter acutos, aliis exacte acutus, qui ad usq; quartūdecimum diem porrigitur: non exacte uero, qui ad uigesimum usq; durat, quamquam & ipse acutus sit. Adhuc aliud morborum genus, quod ex coincidētia acutum, ad quadragesimum usq; diem peruenit. Satis enim ēst ita uocare ipsum, quod acuto quodam imperfecte iudicato, intra diem uigesimum, deinde uehementia eius confracta, reliquum eius intra quadragesimum diem dissolui cōsueuit. Nonnulli autem statim ab initio uelut prohibiti, tardēq; moti, & nullam interea subitā mutationem moliti, ad quadragesimum producuntur. Duplex autem horum quoq; natura ēst, uel enim accessio- num remissiones in exactam integritatem finiunt, uel cōtinua febris semper perdurat, atq; huiusmodi de acutorū natura intelligenda sunt. Alij manifesto sunt diurni. Hæc Galenus. Oribasius uero ægritudinem quadrifariam diuidit, in acutam, & peracutam, medium, & longam. Quadrifaria uero (inquit) & uictus rationem: ergo necesse ēst dinumerari uniuersiæ ægritudini suam propriam uictus rationem. Peracutæ ægritudini, ut est apoplexia, quæ quarta die terminatur, tenuissima percipienda est, uti est calida aqua. Et istam quando debeo dare? Prima & secunda die noli exhibere: quia adhuc ualida est ægritudinis uirtus. tertio uero die dabis duobus modis: uno, cibi nomine: alio, uirtutis: ut quarta die inueniatur ualida uirtus ad expellendos humores. Acutæ ægritudini, qualis tertiana, tenuiem uictum dari iube, ut est tremor ptisanæ: & inter acutam & peracutam quæ media, usq; ad septimum diem determinatur. Huic melicratū dari conuenit, primū pro uirtute, deinde quia superflua purgat. Et ut scias, qualis sit uirtus melicrati, superflua purgat, & naturalia conseruat. Philosophus autē refert, Ad odorē melis quadraginta dies uixisse quandam. Longa uero ægritudo ēst, ut quartana, cui solidū uictum dari conuenit, ut halicam & piscium gara. Hæc Oribasius. At Galenus de hac re certius & perfectius differuit. Philotheus hoc modo aphorismum istum introducit: ὁ παρόν ἀφορισμὸς, διατύπως θεῖν, καὶ τῇ τάξιν ἔργυται. ἀπειποῦσος γέροντος στόματος τὸ σῶμα, ἐλευθερώσεις αὐτὸν τὴν τῇ πιοτυτα πλεονεξίας καὶ βλαβῆς, ἀλλὰ τὸν διατάξιν ἐχάρησσεν. οὐδὲ τὸ μητρικὸν τὸν σωματωμα, ὅπερ ἀνθρώπου μᾶλλον βλαβεῖ. idest, Aphorismus præiens ad uictus rationem spectat, & secundū ordinem dictus est, nam quum Hippocrates expurgatū corpus fecerit à plenitudine & offensa quæ est secundū quantitatē ipsum liberans, in uictus rationē procerit, ob id quod non pura corpora, quantum nutries, magis lädes.

Αἰ λεπτὰ Κακούρεον διάτη. idest, Tenuis atq; diligens uel exquisitus uictus.] Vicius tenuis est ptisanæ succus, exquisite tenuis est idē succus, si in pauca quantitate sumatur.

Καὶ φύσιον μακροῖσιν ἀεὶ πάθεσον, καὶ φύσιον ὑπερσημηνίαν, & μὴ ὡραῖαν, σφαλεραῖ. idest, In longis quidem morbis semper, & in acutis, in quibus non cōuenit, periculosus.] Nam in aliquibus acutis cōuenit, in alijs non cōuenit. Quod duobus modis intelligi potest: unus est, uictus tenuis periculosus est in acutis in quibus non cōuenit, ut peracutos morbos intelligamus, in quibus tenuis uictus non cōuenit: nam is uictus naturam ag grauat. Sed Galeno hic sensus non placet: non enim uult ob peracutos morbos dictū esse, quia de illis statim dicit Hippocrates, ubi morbus peracutus est, statim extremitas habet labores, & extreme tenuissimo uictu utendū est. Alter sensus est: Quum sint alijs qui acuti morbi ex decidentia, quibus uictus tenuis non cōpetit, sensus erit, Vicius tenuis semper in morbis longis periculosus est. Est etiam periculosus in illis acutis, in quibus eiusmodi uictus non competit. Philotheus totius huius sententiae causam hoc modo reddit, τὸ γέροντος παλαιὸν ἔργον τὸ νοσηματικόν, ἀλλὰ καὶ ἡ διάταξις ἀρρυνόστατη, ἀδεινὸς γίνεται, καὶ διάταξις ἐπανορθεῖται. ἀλλὰ μηδὲ καὶ φύσιον ὑπερσημηνίαν, & μὴ ὡραῖαν, σφαλεραῖ

εἰδεῖσθαι

ρος θειαν ἀστητια. τὸ δέ τοι ὅμωνύμως ὁφεια ἔργηται, τὰ μὲν χεῖρι οἱ ξεβόλικοι, οἱ δὲ φύνθητοι, οἱ δέ φιστα, τὰ δέ τοι πεταλέσσοι. αἱ μὲν οὐν τῶν ὁμωνύμων ὁφεια, οὐδὲ τῶν ἀπλῶν σφαλεράδε αἱ αἰκείσθησαν λεπτές θαυματα, τοτέσιν αἱ αστητα, οἷς τὸ ἀδύνατον μάνει τὸν κάμενον τὰ αἰσιωτὰ τοσοῦ τον κύρων. αἱ δὲ τῶν λαζίσθησαν, στρατιώτας, οἷς τὸ δόλιγον τῶν μιμερῶν. τὸ δέ σι μιαὶ αἰδενέται, τοιστὴν δὲικη, ἐφ τῷ μητρόπολι, οἱ δέ τοι ἄρχοντες, οἱ δέ τοι ἄρχοντες ἔργηται. idest, Quoniam nec de-
cedit morbus, & uis ad pigritiam redacta imbecillis fit, & mors consequtitur: sed & in
acutis morbis, in quibus non conuenit, periculosa est inedia. Acuti morbi, uel æquiuoce
& acuti illi dicuntur, qui usq[ue] ad septimum diem uel nonum pertingunt: peracuti uero
illi, qui usq[ue] ad quartum diem. In acutis quidem æquiuoce & simpliciter acutis pericu-
losi sunt exquisiti & tenues uictus, hoc est inedia, quoniam impossibile est egrorantem
tanto tempore in inedia permanere. In peracutis uero non periculosi, quoniam paucis
diebus permanent. Id autem quod dicitur in quibus non conuenit, tale est, in quibus
non congruit. & in quibus si congruit, non congruit dictum est. forte intelligendum,
quod quo ad morbum congruit, quo ad tempus non congruit.

illa particula Periculosus, in aliquibus contextibus legitur σφαλερά, id est periculo-
sa; in aliquibus, χελευθά, id est molesta & graues.

Kαὶ πάλιν ἀδεῖ τὸ ἐπιτυγχανόντος οὐρανίας δίαιτα χαλεπών. idest, Et rursus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est atq; molestus.] In altero uictus genere idem docet, Non solum (inquietus) uictus tenuis periculosus existit in morbis longis & in acutis, in quibus non conuenit. Sed adde, quod uictus qui ad extremum deuenit tenuitatis, in eisdē longis morbis & in acutis in quibus non conuenit, grauis est. Vnde Orislaus hic uult, ab Hippocrate medicum edoceri, quid in uictu debeat obseruare.

Kαὶ γάρ αἱ πληγῶσις ἀεὶ τὸ ἐσχάτην ἀπογεμένη χελεύωσι. idest, Nam & repletiones quae ad extremum deueniunt, graues sunt.] Videtur Hippocrates hoc loco probare, uictum qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauem esse, hoc modo; Repletiones quae ad extremum deueniunt, graues sunt: ut praecedens aphorismus docuit. Igitur & uictus graues sunt, qui ad extremum deueniunt tenuitatis in morbis quidem longis & in acutis, in quibus non conueniunt. Praecedentem partem & hanc ita exponit Philotheus, οὐ γένεται διαβολεῖ τὴν ἀπειρόνα λεπτήν δίαιταν, οὐτοί τοι ἀστίαν, οὐδὲ τὴν κατεπικρατεῖσαν μούρην εὔποιε τὴν φύσει, οὐδὲ τρία θεωρημάτην. idest, Et hic exquisite tenuem uictum uel inediā criminatur, & plenitudinē summam scilicet & plenam; utraq; enim naturæ nouitatem facit, si supra modum considerentur.

Quandoq; nobis in mentem uenit, præsentem aphorismum hoc modo introducere. Quum in præcedēti aphorismo, de euacuatione q̄ue per potionēs & per uenæ sectionē fit, sermonem habuisset: docueritq; tam repletiones, quām euacuationes extremas esse periculosaſ: hoc idem nūc docet in una euacuationum specie, qua per uictus rationem fit, docēs & hanc esse periculosaſ: ut sensus sit, Victus tenues & in extremo tenues, in illis in quibus nō conueniūt, periculosi sunt: quoniā & repletiones ipsæ, periculose sunt.

GALENVS

QVVM in superiori aphorismo de qualibet immodica replete, atq; evacuatio-
ne locutus fuerit, in hoc de ægrotantium uictu sermonem habet, præcipiens no-
bis, in morbis longis semper uictum cauere tenuem, in acutis uero non semper. Pluri-
mi enim horum uictum tenuem exigere uidentur, quidam uero eorum, & illum qui ad
extremum tenuitatis deuenit: est etiam uictus tentis in extremo, qui per solam ine-
diam, uel melicratum, usq; ad crisi, siue iudicationem procedit. Tenuis uero, qui per
pauca, aut parum nutrientia edulia, quale est ptisanæ succus, eius autem terminus est,
uirium exolutio, quarum gratia nutrimus. In sanis quidem corporibus semper oportet
robur seruare naturæ, uel augere alimentis, non demoliri. Et est quidem augere potens
alimentum, quod plenum uocatur, conseruans uero quod modicum existit, quod uero
cōminuit tenui. Hunc igitur semper fugere oportet: alijs uero, ut presentia exigunt, uti.
In ægrotantibus autem raro accidit, ut robur corporis maius reddere, quam acceperi-
mus studeamus. Magna uero ex parte properamus, in longis quidem morbis fouere ti-
res, in acutis uero paru debilitas conseruare. Nam si eas tales, quales accepimus, pro-
peremus in istis seruare, uel etiam augere, semper addemus ad morbum. Qui uero sint

morbi acuti qui uictum exigant tenuissimum in extremo, & qui tenuissimum quidem, non tamen in extremo, qui etiam tenuem, in libro De uictu acutorum (qui de ptisana à nonnullis inscribitur) plenius Hippocrates docuit. Et nos in nostris in eundem librum expositionibus, totum sermonem absoluimus. Nunc uero tatum dixisse sufficiat, quod in omnibus morbis, quibus maximus uigor, & iudicatio primis quatuor diebus futura sit, modo natura sit fortior, integrum inediā seruare debemus. In quibus uero non ultra primam septimanam protrahantur, forti existente natura, solo utendum est melicrato: folius autem & hic ipse uictus tenuissimus esset, non tamen in extremo. Quod si naturae robori non satis fidamus, ptisana utemur succo. Rationabiliter autem huiuscemodi uictus tenuis diceretur, sicuti qui per ptisanam hordeaceā, non est quidem tenuis exquisite, nisi omnino pauca assumpta fuerit, non tamen propterea plenus, qualis qui fit per oua, & alicam, & pisces, atq; alia huiuscemodi. Quod igitur adiectum est sermoni de acutis, in quibus non conuenit, haud quaquam dicitur propter peracutos: de his enim ipse inquiet, Vbi igitur morbus peracutus est, statim & extrelos labores habet, uictus etiam in extremo tenuissimo utendum est.

BRASAVOLVS

PRIMO, Galenus hunc aphorismū introducit, inquiens, quum in precedente aphorismo de qualibet immodica euacuatione atque repleione sermonem fecisset; nunc de regrotantiū uictu pertractat, nobis precipiens, in morbis longis semper uictum tenuem cauere: in acutis uero non semper: nam multi horum tenuem uictum exigere uidentur, quidam uero eorum & illum qui ad extreum deuenit tenuitatis.

SECUNDO, docet Galenus quidnam sit uictus tenuis in extremo: nam hic uictus est, nihil penitus comedere: fit enim per solam inediā, uel damus solum melicratum usq; ad iudicationem. Vnde & à Philotheo dicitur: ιστοις δέ, ὅτι πολλάκις τὸ μελίκρατην, νὴδὲ λίγον θεούσιον αὐτοῖς λέγονται, ὡς οὐταντὶς λυχήας αὐτοῖς. idest, Scindum uero quod melicratum, & paucus ptissanæ succus sape inediā dicuntur, tanquā ea quæ propinqua sunt proprie inediæ.

TERTIO docet, uictum tenuem illum esse, qui fit per pauca edulia, aut per parum nutrientia, quale est succus ptisanæ, qui secundum Philotheum in multa quantitate intelligendus est.

QUARTO, generalem quandam regulam ponit de uictus ratione, inquiens, terminum rationis uictus esse uirium exolutionem, quarum gratia nutrimus: unde hic à Galeno recentiorum dubium absolvitur, quo illi dubitant, utrum in uictus ratione instituenda ratio sumi debeat à uiribus. At quis hoc ignorat? imò Galenus hic dicit, nos gratia uirium nutritre, nempe in morbis nunquam daremus nutrimentum, si uires ferre possent.

QVINTO docet, in sanis uires semper seruandas uel augendas, & hoc si alimentis; nunquam uero sint demoliendæ. Alimentum uero illud quod uires augere potest, plenum vocatur: quod uero conseruare, modicum: at quod communuit, tenue. In sanis hominibus hoc tenue alimentum semper fugere oportet: modico uero & pleno, ut presentia exigunt, uti debemus. In morbis uero rarissimum est, aut nunquam, quod uires maiores reddere studeamus, quam accepimus: sed huc morem seruamus, quod in longis morbis uires seruare nitimur, in acutis uero mediocriter debilitas, quoniā si in his temus illas in eodem gradu seruare in quo accepimus, uel etiam si augere voluerimus, semper ad morbum addemus.

Quod legitur, Hunc igitur semper fugere oportet. legi debet, Hoc igitur, nam refers Alimentum, quod est neutri generis.

Quod etiā legitur, In longis quidem morbis souere uires. Illa particula Fouere, Graece est φυλάσσειν, idest seruare.

SEXTO, Galenus lectorem remittit ad librum De uictu acutorum, in quo hæc uictus genera & ab Hippocrate & ab ipso egregie distinguitur, & quibus morbis acutis competat in extremo tenuissimus, quibus simpliciter tenuissimus, & quibus tenuis.

SEPTIMO, ut nihil praetermittat quod suo proposito conducere possit, inquit: In omnibus morbis, qui uigorem habent & iudicationē primis quatuor diebus, modo uires ferre possint, integrum inediā, idest uictum in extremo tenuissimum seruare debe-

mus

mus. Sed si eadem vires constent, & morbus ultra primam septimanam non protrahitur, melicrato uti debemus; nam melicratum est uictus tenuissimus, non tamen in extremo; at si in naturae uiribus non fidimus, ptisanæ succo utemur, & hic uictus rationabiliter tenuis diceretur; sicuti & ille qui fit quidem per ptisanam hordeaceam non est tenuis exquisite, nisi omnino pauca accipiatur, tamen non potest dici plenus, qualis is est qui fit per oua, halicam & pisces, atque eiusmodi generis alia.

Quod legit, Quod in omnibus morbis quibus maximus vigor & iudicatio, haec particula Maximus uigor, Græce est ἡ ακμή, idest uigor, & non adest particula Maximus.

Quod etiam legitur, Modo natura sit fortior, ultimā inedia seruare debemus; Græce est, οὐδελαμένως ἴχνες ἔτεροι τάσσεται ταυτούς τότες φυλάξουσιν, οὐδὲ τοις λεπτοῖς στίχοις, idest, Modo potentia sit fortis, omnes istos in inedia fertiamus, quae est uictus tenuis in extremo.

Quod etiam legitur, Solo utendum est melicrato; Græce est, αὔκεστη μελικράτη μόνη χρήσιμη, idest, solo melicrato uti sufficiet,

De halica quid sit, hic differendum uideretur, nisi illam in secundo huius uoluminis libro abunde pertractauissimus in commētatione decima octava Galeni. Plinius libro uigesimo secundo capite uigesimo quinto, rem Romanam esse dicit, non excogitatam à Gracis, quam forte Galenus Romæ didicit.

Deniq; illos reprehēdit, qui per morbos acutos, in quibus non conuenit, peracutos intelligunt; nam Hippocrates de peracutis dicit, ubi morbus peracutus est, statim extre mos habet labores, & uictus in extremo tenuissimo uti oportebit.

A P H O R I S M V S V

IN tenui uictu ægri delinquent, quo fit ut magis laedantur. Quicunq; enim error committitur magnus, maior in hoc fit, quam in paulò pleniori uictu: propterea etiam satis periculosus existit ualde exquisitus uictus & constitutus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis uictus, atque admodum exquisitus, eo qui sit paulò plenior, magis periculosus.

B R A S A V O L V S

ANTE hunc aphorismum in nostro antiquo contextu haec inscriptio præfixa est, πρὸς καρποφόρους, idest de uictus occasione. Omnes uero recētores interpretes hoc modo aphorismum intelligunt, quod ab Hippocrate uictus tenues crassioribus comparantur, uolueritq; magis peccare ægrotantes in uictu tenui, quā in crassiōri, idest maius peccatum sit tenuiore uictū quā oporteat exhibere, quā in crassiōrem, Idq; ex hoc probant, quia in tenuibus uictus generibus maius peccatum est, quā in crassiō; quod ex peccati correctione ostenditur: nempe plenioris uictus peccatum faciliter corrigitur, quoniam euacuatione facta, statim plenitudinis uitium correctum est: sed in tenui uictu uitium imbecillitas fit, quæ ita facile non restauratur, sicuti facile plenum euacuat.

Nos uero hic ostendamus, hanc non posse esse Hippocratis sententiā, aliter sibi ipsi expressissime contradiceret, immo & Galenus ipse sibimet opponeretur. Hippocrates enim libro secundo De ratione uictus in morbis acutis, cum diffusis uerbis exposuerit, quantum ad rationem uictus recte metiendam faciat, consuetudo, & præter consuetudinem uirium robur, morbi modum, & naturam considerandam docuerit, statim consequentia uerba describit. Multo autem minus uersus adiectionem eundum est, detractio enim omnino frugalis plerūq; confert, ubi superfuturus est ægrotans, donec morbi status concoquatur. haec Hippocrates. Galenus uero prædicta uerba exponens inquit, quum cognosceret certam cuiusc; remedij quantitatēm conjectura quadam egere artificiali, non esse autem cuiusvis artificiose conjectari, sed eius tātum uiri, qui omnia quæ ad artem attinent, & perdidicisset, & in memoria teneret, effetq; laboris amator, & in operibus artis attentus, quales pauci admodū reperiuntur, ea quæ in præsenti sermone dicta sunt, merito prescripsit; uidelicet ubi peccandum, & à decente mensura recedendum sit, omnino laudabilius fore, ad id quod quātitate minus est potius, q; ad id quod

plus est inclinare. Id enim quod plus est, oblesiones interdū inemendabiles facit; id uero quod est minus, facile corrigitur uolentibus nobis, si uis labi uideatur, parum dare nutritimenti; eius autem quod antea in uentre concoctum est, superfluitatē auferre, & alias difficile est, & multo magis in acutis morbis. Hoc in loco adeo certe colligere potes, Hippocratem & Galenum prædictæ recentiorū in hoc aphorismo interpretationi contradicere, ut nulla sufficiēs posse esse excusatio, Galenusq; & Hippocrates sibi ipsis oppositione ponebantur, si recentiorum interpretatio uera esset; nam in citato loco expresse dicunt, tutius esse ad uictum tenuiem declinare, quam ad crassum. At recentes oppositionem in hoc aphorismo illis imponunt, tutius scilicet esse ad crassiorem uictum inclinare, quam ad tenuiorem. Nunc alium Hippocratis locū audire non pigeat. In eodem secundo De ratione uictus in morbis acutis libro, post locum precipitatum addidit. Deterius quidem est, si ei qui ob labore morbiq; acutiem imbecillis est, potum quis offerat, multam ueribitionem aut cibum, putans eam imbecillitatē ob usorum cottingere uacuitatem. Sed & indecens est, eum qui ob usorum uacuitatem imbecillis est, nō ignoscere, rationeq; uictus opprime, affert enim & hoc periculum quoddam atq; peccatum, lōge quidem minus quam alterū, sed quod magis subiaceat irrisio. ubi enim alius uel medicus uel idiota superueniens, accidentiaq; cognoscens, ea ad esitandum potādumq; dederit, quae prior ille prohibuerat, aperte uidebitur auxilium attulisse, cum magno alterius dedecore, putantibus hominibus superuenientem medicum, ueluti mortuum suscitasse. In quibus uerbis illos reprehendere uides, qui plus dant quam conueniat. Sed & Galenus ipse ētēdem locū interpretans inquit: plerunq; ægrotantes ob dolores absq; pulsū sunt, animoq; deficiunt, ac nullo motu moueri possunt, simile & ob morbi acumen cōtingit. Nonnulli non ob hęc uiribus laborant, sed ob usorum quomodolibet hoc fiat, euacuationem: siue ob manifestam sensibus excretionem, siue ob cæcam dissolutionē, siue ob famis agoniam. Exigunt igitur hī quidem, ut cibis q; celerrime exhibeatur; econtrario uero alijs, qui dolore uel morbi acutie premuntur, uacuatione magis interdum eagent, q; repletione. Et si quis eis nutrimentum dederit, maximum malum operabitur. Illos uero qui ob usorum uacuitatem debiles sunt, si tenui oppresserit uictu, nocebit quidem, sed non æque uehementer & manifeſte. Ex his ab Hippocrate & Galeno oppositionem expresse sentiri cōstat, quam in hoc aphorismo ab interpretibus dicatur. In hunc etiam ordinem aphorismum decimum septimū secundi libri adducito, qui id quod prædictum est, approbare uideatur, inquiens, Vbi cibus plus preter naturā ingeſtus est, hic morbum facit, ostendit autem sanatio. Hippocrates in sanis loquī uidetur, in quibus dicit cibum plus facere morbum: quanto magis in ego faciet, si plus q; conueniat, exhibeatur. Nec opus est argumenta uitare per illam particulam. Præter naturā, quia multi interpres quibus Galenus assent, per naturam, potētiā illam intelligent, à qua animalia gubernantur: unde si plus cibi, q; naturali potentia conueniat, homini fano nocet, quanto magis ægro nocebit. Ob hęc aphorismum fano modo intelligere opus est: non enim dicit Hippocrates, nos debere potius ad uictum crassiorem, quam ad tenuiore inclinare. Sed hic sensus est: Aegri quibus tenuis uictus debetur, & peccant, quomodo cūq; peccent, uel per uictum ipsum, uel per aerem, uel per animi passionem, uel medici causa, uel assūstentium, uel ipsius ægri, qui salutaribus medici præceptis parere noluerit, magis laeduntur, quam si pleniori uictu usi sint: nam quicunq; error magnus committitur, in his qui hoc uictu tenui utuntur, maio est quam si in paulo pleniori factus sit. Vnde quum Hippocrates superioris in longis morbis uictum tenuem damnasset, & in morbis etiam acutis, in quibus non cōuenit: ut nos admoneat, quando opus est uti uictu tenui, aliquē errorem cōmittendum non esse: sed optime attendendū est, ne fiat aliquis error, quicunq; sit ille, quando aeger tenui uictu utitur, quam quādo paulo pleniori, & non multum pleniori, quia hic magis laederet. Cur uero errores maiores sint, causa est, quia iam habent imbecillam uirtutem, ideo error ille magis nocet: unde Hippocratis sententia est, admoneare medicū, quando suos egros tenui uictu cibat (quia ratione morbi ita opus sit) bene attendere debere, ne error incidat, cuiuscunq; generis ille sit: nam hic error magis ledit, q; in paulo pleniori uictu. Sensus ergo est, in tenui uictu, ægri delinquunt; id est quando tenui uictu utimur, & uti conueniens sit: si ægri peccant, aliquo scilicet peccati genere,

quod

quodcumq; sit id peccatum, magis laeduntur; id est, quum ægrotantes qui uictu tenui utuntur delinquunt, magis laeduntur q; si pleniori uictu usi essent; quicunq; enim error committit, magnus in hoc, id est in tenui uictu, maior est q; in paulo pleniori; unde & uictus uialde exquisitus in sanis, est periculosus: quia sani si errat aliquo erroris genere, & uictus tenui utant, errores grauius ferunt; propterea tenuis uictus & exquisitus in plurimis est magis periculosus, eo qui sit paulo plenior, nisi integrā mentem exhibuerimus. Et si dixeris, uideti Hippocratem suadere, nos pleniores uictum exhibere debere, Responde mus, hoc uerum non esse, imo potius admonere, quum tenui uictu uti opus sit, metem adhibeamus, ne aliqui errores fiant; unde præcedentis aphorismi series & huius praesens talis est. Vixtus tenuis in morbis longis & in acutis, in quibus non conuenit, est periculosus, & etiā tenuissimus est grauis: propterea quādō uictu tenui uteris, caue ne ægri delinquent; quia si delinquunt, magis laeduntur: nam omnis magnus error, in hoc est maior, q; in uictu paulo pleniori, unde & sanis periculosus est hic tenuis uictus, quia si errant, grauius ferunt errores. Ideo tenuis uictus est periculosior paulo pleniori, si errata fiant; quia grauius errata feruntur, & difficilius in tenuori uictu q; in paulo pleniori. Et ideo Galenus non ab re in sua cōmentatione dicit, non coguntur delinquere ob uictus tenuitatem: sed quia si errant, errata grauius ferunt. Hic est uerus Hippocratis sensus, in quo nusquam sibi contradicit. At alios etiam Græcos interpres, præter Galenū, hoc sentire certum est, si quis Philotheum ita dicentem legat: ὃ τοῦ λεπτοῦ διάταυς ἀμφτέ νησον οἱ νοσῶντες ἀχλιγαρόντες ἐν τῇ πόλει, οὐ μὲν βάνωντες λεπτὴν διάταυν, ἀλλὰ τῇ εἰσπορῆ Σεύ, τετέτην καὶ ἄρχοντας ἔργος διάτην, καὶ λεπτας. Οὐδέ τοις μάλιστροις Βλάπτονται. ἡ τοῦ διάτην γέννησις ἀμφτέντη, χελευθώτοροι γίνεται ὃ τοῦ λεπτοῦ, οὐ τοῦ ὀλιγοῦ ἀμφοτέρους διάταυν, οὐδέ τῷ φυτῷ τὸ πολεμικόν φοβόν, τῇ φύσῃ παρεστάτι. Οὐδέ τοις ἐν τῷ δε χειρῶν λεπταῖς διάταις χελευθώτορες ἀποκεκτησι, καὶ οὐδὲ τοῖς ταῖς ἀμφτέντηρες χελευθώτοροι φέρεται, πολλῷ μᾶλιστροι εἰφέρειν αἱ διώσαμες ἀμφτέντηρες. Οὐδέ τοις τῷ πολεμικῷ φύτῳ λεπταῖς διάταις χελευθώτοροι τὸ δέ τῷ πλείστη πρόσωπον. Τῶν δὲ λιών γνήσια διάτην, οὐδὲ τὸ παθέσιον, καὶ μικρὸν λιών. τετέτην καὶ μὲν διώσαμες ἀμφτέντη, οὐδὲ σοματικὸν γαρθὸν ταχέως ἐκράσεται. id est, In tenui uictu ægri delinquunt ex inedia deficiente, & uictum tenuē non accipientes, sed incidentē, exempli gratia & si panis aridus sit, & si caro, & ob hoc magis laedatur. Si quid enim peccatum fiat, grauius fit in tenui, q; in paulo pleniori uictu: quoniam talis cibī nouitate natura perturbatur, propter hoc igitur tenues uictus immo dici graues sunt. Quod uero graues sint, & ex sanis ostenditur. Si enim in illis (ut dicit Hippocrates) mali sunt, quoniam peccata grauius ferunt, multo magis in his, in quibus uires imbecilles sunt. Ob hanc igitur omnino immodice tenues uictus graues sunt, plenior uero ad multa propositus est. In quibusdā enim eo uti oportet, in peracutis inquam si nihil impedierit, hoc est si uires non sint imbecilles effecta, uel os ventriculi citio bilio sum fiat. Videtur ergo Philothei sensus, quod hi errant, quia uti debeant tenui uictu, tamen illo non utantur, sed ut contingit comedant, uidelicet panem aridum, uel carnem.

Non uidetur etiam ex Oribasio uel nostra sententia, uel illa recentiorum perfecte colligi, tamen in nostrā potius inclinat, si quis eius uerba consideret; quibus singit sibi, dum aggrediens medicus ægrotum, præcipit ut succum accipiat, ille aliquando obtemperat, aliquando non; & dum acceperit, dicit, hic me uult occidere: postea aduenientes amici ad uisitandum, dicunt ei, accipe halicam: & dum acceperit, è duobus alterum cōtingit, aut bene, aut male. Si bene, dicet medico, quare me occidere uoluisti? qui me solo succo tractabas, & me iam occidisses, nisi aliud accepisse: & statim iratus repudiat tenuem uictum ac consilium medici, & uititur pleniore. At si male contigerit, dicit, tu me occidisti, qui me solo succo substentare uoluisti, culpatq; amicos, & ultra præceptum medici nimis tenui uititur, Ideoq; afficiuntur, id est male offenduntur. Quicquid enim committitur grauius eis obuenit, id est aut magnū malum aut magnū bonum, hoc est non leues sunt casus qui eis contingunt, ut est anime defectus, sudores frigidi, & spirituū digestio. Hæc Oribasius, quæ si bene contèpleris, in nostrā sententiā potius inclinare decernes.

Ἐν τῷ λεπτῷ οὐρανῷ ἀμφτέντηρες οἱ νοσῶντες. id est, In tenui uictu ægri delinquunt. Est autem tenuis uictus, ille per quem uires aliquo pacto minuuntur: non tamen adeo minuuntur, ut non possint uictus ad statum perdurare. Sensus est: Aegri qui delinquunt,

idest errant, in quoque genere erroris uel à medio fiat, uel ab ægro, uel ab assistenti bus, uel per ea quæ applicantur exteriora. In uictu tenui, idest dum uictu tenui utuntur, & qui ratione morbi illis competat.

Διὸ μᾶλλον βλάπτουται. idest, Propterea magis laeduntur.] Per errorem scilicet illum qui fit dum uituit tenui uictu.

Ταῦτα γέροντας ἀνθρώπους μάλλον, οὐ τῆσιν δὲ λίγους ἀδειοτέρους σταύρων. idest, Quicquid enim committitur magnum, magis fit quod in paulo pleniori uictu.] Ita habet nosster antiquus contextus. Sed Aldinus legit, **ταῦτα γέροντας ἀνθρώπους μάλλον γίνεται** γινεσθαι λεπτονται, οὐ τῆσιν δὲ λίγους ἀδειοτέρους σταύρων. idest, Quicunque enim error committitur, in tenui magis fit, quam in paulo pleniori uictu: tamen in sensu hi contextus conuenient; & optime dicit In paulo pleniori, & non simpliciter In pleniori, quoniam aliquis plenior uictus magis laedere posset.

Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τῶν γύμνων μαρτυρῶν χαλεπότερον φέρεται. idest, Propterea etiam sanis periculosus existit ualde tenuis, constitutus, & exquisitus uictus: quoniam errores grauius ferunt.] Quam scilicet illi qui paulo pleniori uictu utuntur. Oribasius dicit, bene cui naturæ peritum, seriem orationis sequi Hippocratem: Non solum, inquietus, inimica est ægrotis tenuis uictus ratio, sed & sanis. uerbi gratia, Aliquis consuevit ut cibo pleniore, idem ad nauigationem aut carcerem missus, nihil comedendo conglutinatio facit intestinorum; postea uero ubi dimissus fuerit (uult nimirum ad pristinam cōsuetudinem redire) largiorē tum potum, tum cibum assumit, cōcoctio non obitur, morbi oriuntur, sic & tenuis uictus sanitus non est: egrotis uero quando non pro morbi ratione assument, sed alio modo sanis, alio modo ægrotis. Sanorum facit initium ægritudinis, illorum initium mortis. Hæc Oribasius.

Διὰ τοῦτο δὲ καὶ λεπτὸν σταύρον σφαλεῖται διάτονος σφαλεῖται διάτονος σταύρου ἀδειοτέρου. idest, Ob hoc igit̄ tenuis uictus atque exquisitus, eo qui sit paulo plenior, ut in pluribus magis periculosus.] Quoniam ut Oribasius dicit, sequitur animi defectio, & macies corporis. Notaque in Leoniceni interpretatione deesse hanc particulā, ut in pluribus. Quod uero à recentibus dicitur, uictum crassiorem robur augere, tenuorem uero diminuere: propterea conuenientius esse cibare crassius, quam tenuius, non est secundum Hippocratis mentem: nam ipse non uult in morbis augeri robur, sed cum morbo simul diminiuī, nulla enim est febris etiam lögissima, in qua robur augere intendamus, sed bene conservare, in acutis enim robur minuere debemus, ut morbus etiā absit; quia uictum crassum dantes morbus augetur, & plerunque ægri ex eo moriuntur atque suffocantur, unde uires augere putant, & suffocantes auferunt. Verum quidem est, tenuem uictum calorem dissoluere, ex eoque spiritum consumi, & humiditatem totumque corpus exinaniri: tamen per hoc pleniori deterior non est, nisi in eo erraueris: & id absurdū est, quod facilius erores qui sunt in pleniori uictu corriganter, quam qui in tenuiori; nam sententiae, quas superius adduximus, oppositum ostendunt.

Dubitant recentes, an peius sit declinare ad uictum tenuorem, quod crassiorem, quando corpus per uictus rationem gubernamus. Respondemus, Medium seruandum esse, & secundum morbum nos tali uictus genere uti debere. At si contingat fieri errorem, cuiuscunque generis sit, melius est illum in pleniori uictu fieri, quam in tenuiori.

• • G A L E N V S

H V I V S I N I T I V M aphorismi etiam aliter scriptum inuenitur, hoc modo sci-
licet. In tenui uictu magna ex parte duo peccant qui ægrotant, quo fit ut magis laedantur, & hanc scripturam plerique magis altera probant: hoc putantes Hippocratem uoluisse dicere, quod in tenui uictu bisariam ægri delinquentes magis laeduntur: nam inscijs medicis ob hoc ipsum coguntur cibari, quoniam tenui uictu ab ipsis reguntur, & hinc maius detrimentum suscipiunt, quam si uictu tenuore non regerentur. Adhuc autem delinquent, scilicet & iam natura existente imbecilli, ut quæ antea alimenti inopia laboruerit. Mihi autem uidetur prior scriptura melior, ut quæ hanc quoque complectitur, & sermonem facit generaliorem, quum de omni delicto doceat, siue uolentibus, siue inuitis ægrotantibus accidat, adeo ut talis sit sermo. Quicunque error accidit ægrotantibus

tantibus, qui tenui uictu reguntur, hic maximum assert periculum, & quia natura à tali uictu debilitatur, & quia ad eum transitus est insuetus. Confirmat antea dictam scripturam, ea quae de sanis dicuntur, in quibus tenuem ait uictum esse periculosum, quoniam errores grauius ferunt; non quia propter uictus tenuitatem cogantur delinquere. Quæ uero de aphorismo sequuntur sunt manifesta.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, initium huius aphorismi uario modo scribi in diversis codicibus, nam aliqui codices ita legunt, In tenui uictu magna ex parte duo peccant, qui ægrotant, in quæ lœduntur: & multi antiqui scripturam istam magis laudant, putantes Hippocratē dicere, in duobus, in tenui uictu ægrós delinquentes lœdi. Primo, quia medicis inficijs cibari coguntur, quoniam tenui uictu à medicis reguntur; unde maius detrimentum suscipiunt, quam si uictu teniore non regerentur. Præterea delinquent etiam natura existente imbecilli, ut qua prius alimenti inopia laborauerit. Sed Galenus probat potius primam scripturam, quam istam: quia prima hanc cōpleteatur, & generalior est, siue uolentibus, siue inuitis ægrotantibus accidat.

Quod legitur, In tenui uictu magna ex parte duo peccant, qui ægrotant, quo sit ut magis lœdantur. Græce ita legitur: ἐν τοῖς λεπτοῖς διάτοξι τὰ πολλὰ ἀμαρτώντες. Alij contextus habent, ἀμαρτώντες οἱ νοσεόντες, οὐδὲ μᾶλλον βλάπτοντες. idest, In tenui uictu magna ex parte peccantes qui ægrotant, duo in quæ lœduntur.

Quod etiam legitur, Quod in tenui uictu bisfariam. Hæc particula Bisfariam, Græce est δύο, idest duo: hoc est in duobus, ægri scilicet delinquentes magis lœduntur.

Quod etiam legitur, Quum de omni delicto doceat. Hæc particula in aliquibus codicibus posita est, in aliisque non est posita.

S E C U N D O, Galenus uulgatam huius aphorismi scripturam sequitur & interpretaatur, inquiens, Quisq; error qui ægrotantibus contingit, quibus tenuis uictus cōuenit, & eo utuntur, maximum assert periculum, tum quia natura à tali uictu imbecillis facta est, tum quia ad hunc uictum transire hic est insuetus.

Quod legitur, Et quia natura à tali uictu debilitatur. Hoc uerbum Debilitatur, Græce est ἀδύνατη γέγονη, id est, debilis facta est; ut iam imbecillam factam denotet, & non esse in fieri.

T E R T I O, per exemplum de sanis dicit prædictam scripturam communem confiri. In ipsis enim dicit uictum esse periculosum, quia errores grauiissimi, non quia ob uictus tenuitatem cogantur delinquere: sed si in huius uictus usu delinquent. Reliqua, quæ in aphorismo scripta sunt, manifesta esse dicit Galenus.

Quod legitur, Quoniam errores grauius ferunt. In nostro antiquo contextu, & in ALdino, ita ad uerbum legitur, ὅτι τὰ ἀμαρτανόμενα χελεωτέρου φέρουσι. In alio uero habetur, ὅτι ἀμαρτανόμενα χελεωτέρα. idest, Quoniam errores grauiissimi.

APHORISMVS VI

EX tremis morbis, extrema exquiste remedia optima sunt.

BRASAVOLVS

P O T E S T hic aphorismus ex secundo De ratione uictus in morbis acutis libro sit mihi. Dictum est in præcedenti aphorismo, ægrós qui tenui uictu utuntur peccare, & uictum exquiste tenuem, esse magis pericolum pleniore. Ne ex his dictis quispiam putaret, quod præciperet (ut nonnulli recentes faciunt) tenuem uictum nuncq; adhibendū esse: propterea hunc aphorismū addit, inquiens, Extremis morbis extreme exquiste remedia optima sunt. Quod intelligere oportet nō solū in alijs remediorū generibus præter uictum, sed & in ipso uictu, de quo potissimū hic loquitur: nam extremi morbi uictum exquiste extreū expetunt, est uero extreme exquiste uictus, tenuissimus extre me, qui est nihil penitus dare: nam ut Galenus in cōmentatione docet, extre mos morbos nominauit Hippocrates summos, ultra quos non sunt aliij: hi autem sunt peracuti: propterea tenuis uictus in extremo illis competit, qui est nihil dare. Sed hoc statim in sequenti aphorismo admonebit. Oribasius quoq; dicit, Summos morbos dicit acutissi mos

mos, qui aliquando usq; ad septem dies perseverant. Istos ergo summos morbos carare ad perfectum perducit: hoc est, admodum tenuis uictus salutem & perfectionem in ipsis obtinet. Curationem enim Hippocrates uictum uocavit, quia per uictum morbi curantur, & non solum acuti, sed & tardi soluuntur. Sicut enim princeps logicæ sectæ, & non sicut empiricus ad medicamina properauit. Galenus libro quinto Methodi medædi, parum ante finem, docet non semper curationem esse à minoribus inchoādam, sed quandoq; à maximis, dicitq;: Nam in morbis, in quibus periculum non impedit, uera ea opinio est. At ubi moriendum æstro probris est, si phthoe semel exceptus sit, alienissimum à ratione est, à minoribus inchoasse. Nam sicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita, ita illa quoq; sententia recte est dicta, Nempe ad ultimos morbos ultima probris remedia maxime ualere; ut in Eralistratum probet Galenus ex hoc aphorismo, quandoq; à summis curationem esse incohandom, & non semper à minoribus. Cicero quoq; hunc ferè aphorismum in exemplum duxit primo Officiorum libro, ubi docet quatenus pericula uiro forti suscipienda, inquiens: Quapropter in adeundis periculis, consuetudo intenda medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur.

[Et εἰ σχέτλια νοσημάτα δι’ ἔρχεται θεραπέας δὲ ἀκριβέστερος λεόπτερος. idest, Ad extremos morbos extremæ exquiste curationes optime sunt.] Per morbos extremos acutissimos intellige, & quo ad uehementiam sui & uelocitatem, & quo ad symptomata, qui breuis finire debent. Vnde & à Philotheo dicitur: ἐσχετε νοσημάτα εἰσὶν τὰ λεόπτερα. ὡς τὸ ἔργον πλονόσαι ὁμοτέλον τῷ νόσῳ λίννου. ἐσχετε οὖν θεραπείαν. εἰτ’ οὖν διάτα τὰ ἀστικά. λεόπτερα μὲν οὖν εἰσὶ μάται ἀδιάλεκτα λεόπτερα νοσημάτων. ἀλλ’ εἰς ἀκριβέστερον, σῆρε δὲ ἐγδεινυττα, οὐδὲ καὶ τὸ νόσημα ἀταπέδε, ἐπερού δὲ τὸ λιοντάριον. Συτήπον δὲ τὸ λατεπέργον, καὶ οὐτως ἡ ἀστικά παραλαβῆ, οὐ τροφή. idest, Extremi morbi peracuti sunt, quorum in morbo acutorem motum excogitare nō licet. Extremæ igitur curationes sive uictus, sunt inedia, quæ in acutis quidem morbis optima. Sed ob hoc quod dicitur, exquiste, ostenditur & morbum incoctum esse, & aliud quid prohibere. Quærendum uero quid illud sit quod urget, & sic uel inediā uel cibū adsumere. Galenus intelligit per curationem omnia ad summum agenda esse quæ conueniunt in his extremis morbis, quoniam non dant inuidicias, sed opus est accelerare præsidia: ne ægi prius morte præueniantur quam remedijs. Intellige uero per præsidia illa potissimum quæ per uictum fiunt, quoniam in præcedentibus & sequentibus aphorismis de uictu uerba facit Hippocrates. Ei uero quod à nonnullis dicitur, Superius Hippocratem dixisse, corpus ad extremum euacuari non debere: ideo nec extremitate tenuissimo uictu uti conuenit, Respondemus, nec opus esse tam diu tenuissimo uictu uti, quod corpus ad extremum inaniatur.

Quæ uero à recentibus dubitantur, An in acutis morbis competitat tenuissimus uictus, & an in acutissimis conueniat: facile dissoluuntur: nam in aliquibus acutis conuenit, in aliquibus non conuenit. In peracutis enim, & exacte peracutis conuenit. In alijs qui simpliciter acuti dicuntur, uel ex decidentia non conuenit.

G A L E N S

E X T R E M O S morbos nominauit Hippocrates summos, ultra quos nō sunt alij. Quare præcipit in ipsis fieri exquisitissimam curationem, & uictum pariter adhiberi tenuissimum. Essent autem omnino morbi huiuscmodi peracuti. Vnde sequētem subiungens aphorismum, ait.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, quinam morbi ab Hippocrate extremiti nominantur: Illi, inquam, qui sunt summi, scilicet in acutis & in symptomatum sauitie.

S E C U N D O docet, Hippocratem præcipere in his totam curationem exquisitissimam fieri debere, & eam uidelicet quæ per uictum fit.

Quod legitur, Quare præcipit in ipsis fieri exquisitissimam curationem, hic deest partula Totam: nam legi debet, Exquisitissimam totam curationem. Græce enim est, καὶ ποίνων λεπένες τὸ θεραπέας ὄλων ἐπ’ αὐτὸν ἀκριβεστὸν τὸν ἔναν.

Quod etiam legitur, Et uictum pariter adhiberi tenuissimum. Græce est, καὶ σημαῖνει τὸν τὸν διάτα τὸν λεπότα τὸν. idest, Et uidelicet uictum tenuissimum.

Tertio

T E R T I O dicit, hos morbos qui extremi sunt, esse peracutos, uel exacte peracutos, quos recentes perperacutos vocant; de quibus statim dicet.

A P H O R I S M V S VII

V Bi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extremè temnissimo uictu utendum est: ubi uero non, sed pleniorum uictum continet adhibere, tantum cibi indulgedum est, quanto morbus extremis est mollior.

B R A S A V O L V S

H V I V S aphorismi rationem atq; seriem colligere poteris apud Hippocratem in libro De ratione uictus in morbis acutis. Est autem aphorismi sententia haec: In peracutis morbis à principio extremitate tenuissimo uictu uti oportet. Hoc probat, quoniam peracutus morbus statim habet extremos labores: id est statim habet summum morbi uigorem, quem statum uocant, in quo cibus subtrahendus est, potius quam addendus. Imo (ut Hippocrates in secundo De ratione uictus in morbis acutis libro, docet) semper de subtractione potius cogitandum est, quam de additione. Prosequitur Hippocrates, ubi morbus peracutus non est, extremitate tenuissimo uictu uti non debemus, sed opus est pleniorum uictum adhibere. At quia morbus qui non est peracutus, ad uarios terminos finire potest: nam uel est simpliciter acutus, uel acutus ex decidentia, uel diutinus, & inter diuturnos etiam gradus assignari possunt: propterea certam uictus formam non dedit, ubi morbus peracutus non est: quia morbi uarijs temporibus summum uigorem quem statum uocant, habent. Dixit igitur, Quum pleniori uictu uti opus erit, tantum cibi dare oportet, quantum uides morbum à summo uigore distare, nempe in summo uigore semper subtrahere oportet. His autem aegris plus cibi dandum est, quibus summus uigor distans est: quibus autem minus distans, his minus cibi dandum. Itaque generalem canonem effingit Hippocrates: Summus uigor is est, qui de cibo exhibendo & submouendo indicium tribuit: ubi sit propinquus, cibus etiam minuendus, ubi remotus, augendus. Haec est aphorismi summa.

Ονομάζεται οὐγέτης τὸ νόσου. id est, Vbi igitur morbus peracutus.] Legenda est particula Igitur, ac si ex praecedente aphorismo hoc inferat. Galenus intelligit peracutum morbum, qui intra septem dies terminatur, uel in tertio sit, uel quarto, uel quinto, uel ipso septimo. Philotheus uero dicit, οὐγέτης νόσου καλέται τέταρτης μέρους πρώτου ζωήρου. id est, Peracutum morbum illum uocat, qui in quatuor diebus finit. Alias à Galeno hic exacte peracutus uocatur. Oribasius autem hoc modo ad praecedentem continuat. Post eaquam absoluuit sermonem Hippocrates de tenui uictu, inquiens, Peracutos morbos tenui uictu & exquisitissimo curari, necesse habuit differentias egritudinum dare. Acutæ dicuntur, quae finiunt quartodecimo die: aut si multum, usq; ad uigesimumprimum diem durant. Acutissimæ uero aegritudines sunt, quae quarto die soluitur, uel etiam occidunt: aut si multum, usq; ad septimum diem perdurant. de his loquitur hic Hippocrates, quos peracutos uocat.

Αυτίνα καὶ τὰς θραύστρις πόνους ἔχει. id est, Statim etiam extremos habet labores.] In praecedenti aphorismo Galenus extremos morbos illos uocabat, ultra quos non sunt alii in acutie. Nunc uero quod ab Hippocrate dicitur extremos labores, à Philotheo exponitur, τὰ μέγιστα συμπτόματα. οὐγέτης αγρυπνίας, συγκρότησις, id est, Magna symptomata, ut uigilias, animi defectus, & Galenus per labores uel accessiones uel symptomata, quae Leonicenus interpretatur casus, intelligit: nam hoc genus morbi, statim in uigore est. Quod nihil aliud est, quam esse in labore extremo & in symptomate. Propterea ab Oribasio dicitur, Statim summū labores fatigat, hoc periculosi & graues casus urgent. Haec autem particula Statim, ut Philotheus dicit, significat τὴν χρονικὴν ἀρχὴν τὴν γένεσιν μέρους θεωρουμένην. εφ' οἷς οὖν διάν κάτοξην νόσου, ἀδι τέταρτης μέρους τριῶν μέρων οἱ εἰσχριπόν τοῖς γίνονται, καὶ εἰ τέταρτης η διαδυνατεσθητοῦ. id est, Temporarium principium in tribus diebus uisum. In quibus igitur peracutus morbus est, in his usque ad tres dies extremi labores fiunt, & ex his iudicium ostenditur.

Kαὶ τὴν θεραπείαν διάτην ἀναλογούχον γένεσθ. idest, Et extreme tenuissimo uitio necessario utendum est.] Leonicenus, uel librarius, præteriſt illam particulam Necesariō:qua tamē in omnibus Græcis codicib⁹ inuenit⁹. Hic autem uictus est, nihil penitus dare: unde à Philotheo dicitur, necessarium esse hunc uictum extreme tenuissimū: quoniam γάρ τὸ πάθεον ἡμερῶν ἀπαλλάξει τὸ νόσους. Οὐ διάφορων δύναται τὸ τέσσαρες ἡμέρας τὸ πάθειν αστικὸν τύπον γένεται, οὐδὲτι μέτρον τὸ γένος οὐδὲ τὸ ἀποτέλεσμα. idest, Intra quatuor dies morbus discedit, & æger potest quatuor diebus integrā inediā ferre, uel quoniam ipsum tempus, summus uigor est. Oribasius uero dicit, extreme tenuissimo uictu uti oportere, idest aqua calida, deinde causam affert, inquiēs: Sed si multe occupata est natura ad agonem & pugnam, hoc est crisim, & multis feruor est in alto, tunc si dederis aliquem cibum ægrato, iam non ob nimium feruorem naturæ concoquitur: neq; uirtus aut corpus augmentatur, sed potius inimica & contraria fit ægritudo, magisq; intenditur febris.

Orou dē mī. & mī. γρ̄d̄x̄r̄t̄ ad̄p̄r̄ḡw̄ d̄iāt̄r̄. idest, Vbi uero non, sed pleniorum uictum contingit adhibere.] Hoc est, ubi morbus non sit peracutus, sed aut simpliciter acutus, aut ex accidentia acutus, aut diuturnus: in his enim indigemus pleniori uictu, non quidem pleno qui sanis conuenit, sed uictu qui sit amplior quam extreme tenuissimus. Oribasius exprimit hunc uictum esse cremorem ptisanæ aut halicæ aut uitella ouorum.

Tοτοῦτον τὸν κατεύθυντα, ὁπόσῳ εἰναι τὸν θεραπεύοντα γένεσθ. idest, Tantum cibi indulgendum est, quanto morbus extremis est mollior.] Galenus hoc modo exponit: Quantum diffat à summo uigore, tantum cibo indulgendum est. Tamen posset & hoc modo intelligi, quanto morbus est mollior, idest mitior extremis morbis, scilicet peracutis, tantum cibi indulgendum est. Quam sententiam Philotheus sequitur, inquiens: Tantum cibi indulgendum, quantum morbus ab extremis absit, τοτοῦτον τὸν κατεύθυντα, idest, Hoc est, à summo uigore, uel ab acutis. Vel dicere possemus, quod extremos morbos diuturnum uocet, & peracutum sensusq; sit, Tantum cibi indulgendum esse, quantū ab his extremis morbus euarabat. Et hæc uidetur esse Oribasii sententia, qui dicit, Quantum morbus leuior est: idest quantum acutissimus morbus, qui finitur quarto die aut septimo, ab eo qui finitur quartodecimo aut uigimo, & (si multum) uigesimo septimo: tantum tenuis uictus à pleno distabit. Tamen hæc non uideat esse Hippocratis sententia, sed potius illa quā superius explicauimus.

In nostro antiquo contextu, & in alijs multis, in huius aphorismi fine consequens aphorismus scriptus est. Nos superflue ponit arbitramur.

Recentes interpres ob præi interpretatum contextum, hanc conclusionem ab Hippocrate fieri dicunt, In omni ægritudine ultima (ut eorum uerbis utar) & continua noſumenta cauſante, oportet uti diæta tenuissima.

Galenus in fine primi libri De diebus decretorijs, hunc aphorismū integrè exposuit, inquiēs: Quum enim morbus peracutus, statim etiam extremos labores habet, in quo tenuissima uictus ratione utendum est: quum autem secus est, paulò pleniorum uictum, tantum admittere conuenit, quanto morbus extremis mollior clementiorq; sit. Extrema statum morbi appellat, siquidem peracutū quoq; morbum extremos labores statim habere dicit, hoc est accensiones & symptomata. In secundo etiā De diebus decretorijs, hunc casum poniit Galenus: Adulescens iam quis ualido morbo corruptus est, qui in primo quaternione discutietur. Aphorismū in hoc maximè illum imitandum puta, quum peracutus morbus fuerit, statim etiā extermi dolores adsumt, tenuissimo omnium uictus utendum est, nec alimētūm quoduis huic adhibueris, nec meliceratum, aut huic simile: immo etiam ab aqua, quantū potes abstinere iubeto. Postea sequitur: Hunc ipsum adulescentem ubi septimo die crisim habiturū statueris, paululum prædictam uictus ratione immuta, uel meliceratum exhibens, uel aliam huiusmodi quandam potionem morbi naturæ familiarem. Ex quibus etiam colligere potes, modum exhibendi uictum in his morbis. Sed omnia accepta sunt ex libro De uictus ratione in morbis acutis. Galenus uero aphorismū referens, ubi hic Hippocrates labores dicit, dolores refert. Id uero in causa est, quia Græci eodē vocabulo ad do-

lores

lores & labores significandos utuntur. Adeſt &c in fine ſecundi libri De diebus decretorijs, huius aphorismi ſententia; & intelligit morbos in ſeptimo terminaturos, uel breuiori ſpatio. Idem Galenus circa medium octauum libri Methodi medendi, quum diaſtron reprehendiffet, in haec uerba prorūpit: Illud prius aeftima quod Hippocrates monuit, homo alijs ingenio maximè philosophicalo, Quum in acumine morbus eſt, statim tum ultimos labores infert, tum tenui ad ultimum uictu necesse eſt uti: ubi uero non, ſed licet liberalius cibare, tantum eſt de ultimo remittēdum, quanto morbus ultimis eſt minor. Labores nancj dicit, omnia qua hominem offendunt: ultimos uero maximos, quae leſ utique in ſummo uigore fiunt. Iubet autem reſeruari in id temporis ſummam uictus tenuitatem: nihil profeſto docens diuerſum, ab eo quod alibi dixit, Quum in ſummo uigore morbus eſt, tum uictu uti tenuiſſimo eſt necelle. Ex hiſ uero Galenus inferre uoluit, In morborum initij, ſummu[m] morbi uigorem p[re]auideri. Tuq[ue] ſi in omnibus hiſ locis Galenū ſpectabis, per Extremum, morbi uigorem intelligere cognofces; id eſt, ſtatim ipſum, in quo ſunt extreſi labores & fauifſima ſymptomata, & ratione cuius tota uictus ratio ordinatur, & quod morbi tempus medicus ſtatim in principio curatio[n]is p[re]anouiffe debet.

G A L E N V S

Sicuti extreſi morbos ſummos nominauit, ita & nūc extreſi labores ſummos appellaſt: labores autem uel accessiones uel ſimpliciter caſus uniuersos. Etenim accessiones, atq[ue] omnes ſimpliciter caſus maximos poſſidet morbus peracutus, ſtatim in primis morbi diebus: nam in iſpos ſtatim morbi incidit uigor, qui nihil aliud eſt, quam morbi in caſibus ſummu[m]. Et quidem morbus ille eſt peracutus, qui ſtatim in ſummo uigore coniſtit. Statim autem eſt intelligendū, circa primos quatuor dies, uel paulo ulterius. Idcirco autem extreſi tenuiter uictum adhibere conuenit, quoniam uictus tenuiſſimus morbis iam coniſtentibus eſt neceſſarius, quēadmodum docuit in libro De uictu acutorum, & in hoc ipſo aphorismo. Coniſtit autem morbus peracutus ſtatim in primis diebus. Quod autem ſit ratione cōſonu[m] in morbi uigore, tenuiſſimo uti uictu, alibi eſt à nobis plenius oſterſum. Nunc id tantum dixiſſe ſat erit, quod ſi quiſ propter inflammatiōnēs uel febres, quae à morbis acutis ſunt inseparabiles, quiſpiam ueretur eſſe ſatu dignum afferre alimentum, hoc iſplum morbo in ſuo uigore coniſtente magis uerbitur facere. Tunc enim phlegmatisæ maxime exiſtūt, ut ipſe inquit in libro De uictu acutorum, ſiu[er] quiſ per phlegmatis, uelit intelligere illas que proprie dicuntur inflammatiōnēs, ſiu[er] etiam libeat febres una complecti, ſecundum antiquam uocabuli acciptionem. Accedit ad haec, quod melius eſt naturam permettere uacare circa morbi coſtione, morbo in ſuo uigore coniſtente, neq[ue] diſtrahere iſlam ad cibos recenter affumptos conficiendos: hac quidem ratione quum morbus coniſtit, uictu tenuiſſimo oportet uti. Hoc ergo ſuppolito, in alijs morbis qui ſuum uigorem ſunt posterius accepturi, non licet afferre ſtatim ab initio tenuiſſimu[m] uictum. Nam prius homo morietur, quam morbus in uigore coſtitat. In quibus uero morbi uigor ſtatim futurus eſt, hoc eſt in primis quatuor diebus, in hiſ poſſumus uictu extreme tenuiſſimo uti: quum uero etiam uires toleret inediā omnīmodam, & ſoliſ melicrati exhibitionem, & ptisanæ ſuccum, paucum omnino, licet adhibere. Talis quidem eſt tenuiſſimus uictus. Qui uero hoc minus tenuiſ ſiſtit, quem etiam pleniorē nominauit, illis conuenit morbis qui posterius in ſuo debent uigore coniſtire, in quibus p[re]cipit tantum à uictu tenuitate declinare, quantu[m] morbus ab extreſis recedit, hoc eſt a uigore ſummo. Hoc enim proximo exiſtente, paulo pleniorē uictum afferemus: longius uero distante plus, & quanto tardiorē fore ſummu[m] morbi uigorem expectabimus, tantu[m] uictus figuram coſutabimus.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, Sicuti in praecedenti aphorismo extreſi morbos ſummos & maximos nominauit: ita in preſenti, labores extreſi, ſummos & maximos uocat. Intelligit uero per labores, quos Græce μύεις dicit, uel iſpas accessiones, uel ſimpliciter omnia ſymptomata, quae à Leoniceno caſus uocantur. nam peracutus morbus ſtatim primis diebus maximas accessiones habet, & omnia ſymptomata ſunt maxima- nec iſtud mirum eſt, quoniam idem morbus ſtatim eſt in uigore: uigor autem nihil aliud

est, quām summum morbum in symptomatisbus.

Quod legiſ, Sicuti extreſos morbos ſummos nominauit. legendū eſt, Sicuti prius extreſos morbos, maximos nominauit. Nam Græce eſt, ἀναρχειαν πολεμον τον μετα τη μεγαλη πλησινότητη. Et quod ſequitur, Labores ſummos, Græce eſt πόνους οὐαγίσσας. ideſt, labores extreſos.

Quod etiam legitur, Nam in ipſos ſtatim morbi incidit uigor. Verbum Incidit, Græce eſt σωματική, ideſt coincidit.

S E C U N D O docet, morbum peracutum illum eſſe, qui ſtatim in ſuo uigore conſtit. Opus uero eſt intelligere Statim, ideſt circa primos quatuor dies. Vel paulo ulterius, ſcilicet uisque ad ſeptem.

T E R T I O docet, in hiſ morbis ſtatim uictum extreme tenuem adhibendum, quia uictus hīc morbis in ſummo uigore conſistentibus conuenit, ut in locis citatis docuit. Morbus uero peracutus ſtatim in primis diebus in ſummo uigore eſt. Qd' uero in morbi uigore uictu tenuiſſimo uti oporteat, alibi ſcilicet in libro De uictu acutorum, à Galeno demonſtratum eſt. Sed nunc iſtud præſcire ſatſi eſt: ſi ob inflammatiōnes uel febres, qua à morbis acutis ſemper inseparabiles, quispam dubitet afferre alimentū, tanto ma- gis dubitat morbo in ſuo uigore cōſiſtentē: nam tunc phlegmasiae potiſſimum fiunt, ut Hippocrates in libro De uictu acutorum dicit. Vel ergo per phlegmasias proprie inflammatiōnes intelligat; uel ſimul etiam febres ſecundum antiquam uocabuli acceptio- nem, nihil refert. Addeq; quī morbus in ſuo uigore eſt, melius eſt permettere naturam circa morbi coctionem, neq; illam diſtrahere ad cibos; unde hæc eſt ratio, cur tenuiſſimo uictu uti oporteat morbo iam cōſiſtentē.

Quod legitur, Quod ſi quis propter inflammatiōnes. Illa particula Quis, uacat, nam ſtatim additur Quipiam. Et illa particula Inflammationes, Græce eſt φλεγμονάς. De phlegmone autem in alijs libris ubertim egimus.

Quod etiam legitur, Vel febres, qua à morbis acutis ſunt inseparabiles. Græce eſt, ἀναρχειαν τη αγωγέσσαν ὅπερι ρουμάτην. ideſt, Vel febres morborum acutorū inseparabiles. Hic dubium incidit, quoniam uideatur à Galeno dici, morbos acutos insepa- rables febres habere. Ideo acutus morbus abſque febre inueniri non poterit, tamen in quinto libro, aphorismo trigesimo, nonnullos acutos morbos abſq; febre refert, ut co- mitialis, apoplexia. Respōdemus, à Galeno ſimpliſcie non dici, morbos acutos omnes inseparabiles febres habere, ſed aliquas eſſe febres ab aliquibus inseparabiles.

Quod legitur, Tunc phlegmasiae maxime exiſtunt. Noſter antiquus codex in prima lectione legit φλεγματία, ut etiam facit Aldinus. In ſecunda uero habet φλεγματία, ideſt caliditatis & incenſiones. Quam diſtione reprobare non audeo: tamen & phlegma- ſia non à pituita, ſed à phlegmone, ideſt inflammatione atq; accenſione dicuntur.

Quod etiam legitur, Ad cibos recenter aſſumptos conficiendos. Hęc particula Conſiendos: Græce eſt, καταφυγαίαν. Integra enim Græca ſeries hæc eſt, εἰς τὰ τὴν ἡγε- λυφθύταν στίχων καταφυγαίων.

Q U A R T O, his ſuppoſitiōneſ que prædicta ſunt, in alijs morbis qui non ſunt peracuti, ſed ſummuſ uigorem poſterius habent, ſtatim in principio tenuiſſimus uictus adhibendus eſt: quoniam prius morietur cum hoc uictu, quām poſit ad ſummuſ uigorem, peruenire. Sed quum morbi uigor primis quatuor diebus fit, poſſimus uti uictu extre- me tenuiſſimo, & ſi uires ferant, omnimoda inedia, & ſoliuſ melicrat exhibitione, & paucuſ ptiſanæ ſucco, quia hīc eſt tenuiſſimus uictus, ſecundum quod uires expertent.

Quod legitur, Quum uero etiam uires tolerent inedia ſummo moduſ. haſ particulae Vero etiam, ſuperflua ſunt. Græce enim eſt, φρόσις ἐπιδαιμονίας καὶ ἀστίαν παντελῆ. id eſt. Quum uires tolerent inedia ſummo moduſ. At quum de uocabulo ἀστία, ſuperius ab Hippocrate & Galeno mentio facta ſit, & deinceps futura ſit, ſcito ἀστία eſſe in- dia. ἀστία uero Græci illos uocant, qui appetētia carent. Vnde Galenus in primuſ libruſ Epidemiorum Hippocratis, ſectione uigesimalanova, inquit. Appellant Græci ap- petentia carentes, qui cibum non ſumunt ἀστία, qui uero oblatoſ faſtidunt ἀστία. Illa etiam particula Licit adhibere, uacat.

Q V I N T O docet, uictum tenuiſſimo minus tenuem, quem pleniorum uocabuit, illis morbiſ

morbis conuenire, qui suum uigorem posterius habebunt, in quibus iubet tantum à eius tenuitate declinare, quantum morbus ab extremis, id est à summo uigore recedit. nam si cito summus uigor futurus sit, non tamē ut in peracutis, tunc uictum paulo plenior dabimus. si uero longius distet, magis plenum dabimus: & quanto summus uigor est tardior, tanto uictus figuram ad magis plenum commutabimus.

Quod legitur, Longius uero distante plus. hæc particula Plus, Græce est πλέον ἀριστός, id est magis plene.

Sed tu hic forte dubitabis, quia pleniorē uictum his qui posterius consistere debent, exhibendum præcipiat, at plenus uictus is est qui non solum uires fertat, sed etiam auget: Verum nullus est morbus, in quo uires augere oporteat: Igitur nec uictus plenus adhibendus. Respondemus, in hoc loco non intelligi uictum plenum ut superius fecimus, sed comparando ipsum ad tenuem & tenuissimum.

Dubitant recentes an status sit qui symptomata saeiora fuerint. Distinguunt ipsi statum quo ad materiam, & quo ad symptomata, quam distinctionem nos absurdam esse putamus, quia tēpora morbi symptomata faciunt, & in omni morbo in statu semper sunt saeiora symptomata, & in lateralī morbo, & in quo cunq; altero. Intelligo autem statum quo ad materiam (ut eorum more loquar) uel quo ad morbum, esse etiam statum quo ad symptomata.

Quando morbus in suo uigore cōstiterit, tunc uictu tenuissimo utendum est.

BRASAVOLVS

ANTIQVI interpretes in huius aphorismi ordine dissentieūt, nam aliqui præcedenti iungebant, alij seorsum scribi uoluerunt: tamē quicquid sit, cum Galeno dicamus esse partē quandam artis, quae uictum conuenientē adhibere docet. Dictum est enim in præcedenti aphorismo, ubi morbus pacatus est, statim summos labores habere, id est statim esse in uigore, ideo tenuissimo uictu utendū. At ne quis putaret solū esse ulūm tenuissimi miuictus, quando morbus peracutus est: propterea in omni morbo regulam quandam uniuersalē proponit, inquiens, In omni morbo opus est tenuissimo uictu uti, sed non in omni morbi parte: at solū in ea in qua est summus morbi uigor, tūc enim est maxima materia pugna cum natura: ne igitur à cibis natura impeditatur, abstinere oportet, & solū meliceratum exhibēdum est, uel aliquod simile, quod naturā non impedit. Quum igit̄ morbus in suo uigore, id est in statu constiterit, tunc tenuissimo uictu uti debemus. Hunc aphorismum ad uictus rationem pertinere Oribasius dicit. uult enim ut cognoscant medici, non solum morborum habendam esse sollicitudinē, & præcautionem, sed & temporum distinctiones in omnibus affectibus prōspicēdas. Nam omnis ægritudo, siue tarda, siue acuta est, quatuor tempora sua habet, Initium, augmentum, statum, & declinationem. Atq; id Hippocrates innuit: ubi non est acuta, inquiens, aut peracuta sed longa, non coerces ægrum à cibo, in initio, sed dum uenerit ad statum, tunc ipsum abstrah. Quod si illum uolueris per initia cibo abstinere, non poterit per uires ad statum uenire. In statu cibo interdicito, ut uacet natura ad expellēdos humores, & non coctionem ciborum. Hæc Oribasius. Philotheus quoq; eandem sententiam sequi uidetur inquiens, γνῶθι ποὺς τὴν καρδιὴν τὴν νοσημάτων ὁ ἐποπτεύτης θελέγεται. καρδία δὲ εἰν τὴν νοσημάτου τεσαρὸν, αρχή, ἀναβάσις, ἀκμή, καὶ παρακμή. ὃ μὲν οὖν τῇ αρχῇ, καὶ τῇ ἀναβάσει ἀδροτοξίᾳ διάταξις λελόντα χρῆστα, δὲ τῇ ἀκμῇ, λεπτοτάξι, οὐ παχυτάξι. ἐπειδὴν τὰ στοιχεῖα σωματικῶν πέντε μέτρα τε φύσεων. έαν οὖν ὃ τῇ ἀκμῇ, δὲ τῇ φύσει ἀγανίκετο, πᾶς δὲ νόσημα παραχει ἀδροτοξίᾳ τροφιῶν, πληροῦται τὸ νοσηματό. φέρεται δὲ πᾶς τὸν τροφιῶν, καὶ στοχαστικῶν. ἐδὲ πάλιν τὴν τροφῆς καταφρονήσει ἀγανίκετο τὸ νοσηματό, ἀπεπλούσιον μὲν τὸ τροφή, σωφρός γίνεται τὸ νοσηματό. id est, Hic de morborum temporibus Hippocrates differit, morborum autem tempora quatuor sunt, principium, augmentum, status, inclinatio. In principio quidem, & augmēto pleniorē cibum adhibere oportet, in statu uero tenuissimum non crassisimum, quoniam cibus à potentia cōcoqui aptus est. Si igitur in statu quando natura contra morbum pugnat, cibum pleniorem præbueris,

morbum negligit, fertur autem ad cibum, & ob hoc defatigatur. Si uero rursus cum morbo pugnans nutrimentum despicerit, incoctum nutrimentum cum morbo cooperatur, id est fert suppetias morbo, & illum auget.

Hic aphorismus ab Hippocrate post principium libri De humoribus sumi potest. Aphorismus uero in omni morbo salubri intelligi debet, quia status semper est inter tempora breuissimum. propterea uti possumus uictu tenuissimo, id est uel dare melicratum, uel nihil penitus. Non autem ut recentes dicunt, quod intelligi oporteat tenuissimum uictum quo ad alia tempora, quoniam Hippocrates & Galenus, quando dicunt tenuissimum uictum, eundem uictum secundum suam formam semper intelligunt. Aphorismus quoque intelligitur constante uirtute, non quidem ut prius, sed parum etiam deabilitata.

Idem aphorismus a Galeno refertur in octavo Methodi medendi, ex quo infert, in principio curationis non esse probum medicum, qui morbi statum non cognoverit. immo & in decimo Methodi docet, in initio morbi duo spectanda esse, a quibus cibandi consilia petuntur, morbi summus uigor, & agrotantis uires. In secundo etiam De ratione uictus in morbis acutis libro haec sententia proponitur, & Galenus sectione decima quinta interpretatur, inquit: quod in aphorismis scripsit Hippocrates, id & in praesentiarum persequitur, in morbi omnis uigore, tenuissimo utendum uictu praeципiens.

οταν δε ακριδη τη νοση. id est, Quando morbus in suo uigore costringerit, Hoc est, in statu & in tali tempore, a quo si recedat, inclinat, & est summa pugna morbi cum natura,

τοτε μη λεπτοτατη στρατη αναγλυπτη χρεωθη. id est, Tunc uictu tenuissimo utendum est, qui est uel dare melicratum, uel succum ptisanæ, uel nihil penitus.

G A L E N V S

Hic pariter sermo pars quedam est artis, quæ docet uictum conuenientem adhibendenti annectitur aphorismo, eo modo quo antea scriptus est. Docet autem nos, utrumque scribatur, unam & eandem uictus rationem antiquo magistro præcipiente: Vbi morbus in suo uigore consistit, uictu tenuissimo utendum est, tum propter casuum magnitudinem, tum propter morbi coctionem. Nec enim distrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore uni humorum noxiiorum coctioni fortiter nacet, & haud ita multo post ipsos sit euictura. Sic enim ostendimus & in tractatione De crisi bus. Nunc uero de his tantum morbis sermo transigitur, in quibus omnino, & curationem, & uictus intendimus rationem: hi uero sunt in quibus post uigorem sequitur declinatio. Nam quorum summum uigorem excipit mors, in his parte artis utimur, quæ prognostica nominatur, id quod futurum sit prænunciantes, ne euentus rerum nostro adscribatur errori. Haec igitur tibi sit una indicatio sumpta ex morbi temporibus ad uictus rationem, altera uero a uiribus agrotantibus, quam in sequenti docet aphorismo.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, hunc aphorismum esse partem artis, quæ docet uictum conuenientem adhibere, qui sub eadem scriptura a nonnullis præcedenti aphorismo iungitur, ab alijs seorsum scribitur.

S E C U N D O docet: quicquid sit, uel seorsum scribatur, uel præcedenti iungatur, una & eadem speculatio ab Hippocrate præcipitur: quæ est, ubi morbus in uigore summo est, ob duo tenuissimo uictu uti oportere: unum est symptomatum magnitudo, aliud morbi coctio, quia si cibum demis, naturam distrahimus, quæ distrahi non debeat ad alteram nouam coctionem, quum circa humores morbi facientes sit occupata, & cito sit euictura.

Quod legitur, Docet autem nos utrumque scribatur, unam & eandem uictus rationem, antiquo magistro præcipiente: haec particula, uictus rationem, legi debet, speculationem. Graece enim est *η η και τα' αυτη' θεωρημα. id est unam & eandem speculationem,*

Quod etiam legitur, Humorum noxiiorum, Graece est *ην νοσησιων χρυση. id est humorum morbos facientium.*

T E R T I O docet, quod in libro De crisi bus sic ostendit de his morbis, in quibus & curationem & uictus intendimus rationem: unde in solis salubribus morbis intelligit, & qui ad inclinationem perueniunt, nam hi qui in statu moriuntur, debent solum prædicti, & prognosticari ad mortem, non autem curari, ne ignari existimemur, si non prædixerimus

rimus futuram mortem, & morbitum ad declinationem non peruenturum.

Quod legitur, Nunc uero de ijs tantum morbis sermo transigitur: Græce est, καὶ ἐκέντησις τὸ νοούμενον τῷ λόγῳ των τὸν αὐτοῦ. idest, De ijs uidelicet morbis sermo totus perfectus.

Quod etiam legitur, In his, parte artis utimur, quæ prognostica nominatur. legi debet, In his parte artis utimur sola, quæ prognostica nominatur. ubi uidet deesse particulam Sola, Græce enim est, τοι πληγωσικῶ μορφῇ τέχνῃ πλοστικῶ μορφῇ. Parte artis quæ ad prognostica pertinet, sola utimur.

Dubitatur, Nunquid ægri in statu moriantur. Respondemus, Aliquos in augmento mori, aliquos in statu, ut alibi Galenus sentit; nullus in principio, uel declinatione.

Dubitatur præterea, An morituri sint solis prognosticis relinquendi. Responderaus, Amicis & affinibus prædicenda mors est, postea uictu regendus æger, & aliqua parua adhibenda, ne à medico desertus esse uideat; qui tamen egregia præsidia agere non debet, ne illa quidem uera, & suis temporibus adhibita, utilia infametur: quod à multis fit artis ignarisi, illam in derisum protrucentibus, quum omnium pulcherrima sit & necessaria. Deniq; infert, Hanc esse unam indicationem ad uictus rationem ex morbi temporibus sumptam. Altera uero erit ex ægrotantis uiribus, quam in sequenti aphorismo docebit. De quibus etiam duabus ad uictum exhibendum intentionibus, Galenus ubertim in decimo Methodi medendi libro agit.

APPHORISMVS I X

Coniectari autem oportet, an æger cum uictu sufficiat perdurare, donec morbus consistat, & nunquid prius ille deficiat, nec possit cum uictu perdurare, uel morbus ante deficiat atque hebetescat.

BRASAVOLVS

NE P V T E S ægro morbi ratione cibum unquam exhibendum, sed solum ratione
uirium, nempe morbus ut morbus est, continetiam inediam expostulat. At quia æger in
hac inedia perdurare non posset, ideo si quid adhibetur, est ratione seruadarum uirium:
unde hic aphorismus est ferè omnium horum aphorismorum modus & ratio: nempe di-
ctum est, quāto morbus est summo trigore mollior, tantum uictui addendum: dictumq;
est, In percutis etiā nos extreme tenuissimo uictu uti debere: & in uigore, tenuissimo
uictu utendum: unde prædictos aphorismos nunc modificat, inquiens, Vicuum ratione
uirium exhibendum esse, nam opus est omni morbo conjectari, an æger quum tali ui-
ctu, quem cepimus, uicq; ad statū perdurare possit, uel potius si eo uteretur uictu, prius
deficeret, nec posset cum uictu perdurare, uel morbus prius deficiat: id est considerare
oportet, an uictus possit ægrum uicq; ad statum seruare, uel non seruare: nam si seruabit,
morbus deficiet: si non seruabit, tamen eo uictus genere uti uioluerit, deficiet ipse ante-
quam perueniat ad statum. Oribasius uult hoc cognoscendū esse ex urinis atq; ege-
stionibus: nam si cocte sunt, cognoscēs uirtutes naturales ualidas esse: similiter & pulsus
si sunt fortiores, & respirations thoracis rationabiles, scies uirtutes cordis fortes esse.
Pari modo, si memoriam uel cogitationem integrum habet æger, uel facilissime in lecto
mouetur, uel surgit sine animi defectu, cognoscēs uirtutes animæ valentes esse, & per
hæc omnia deprehendes, poterit ne tolerare morbum, an non. At quia si uolumus ui-
rtutes nutritre, simul nutrīmus & humores, melius est continere uirtutes & nutritre affe-
ctum uicq; ad statum, ne ante statum deiçatur uirtus: uerbi gratia, Aliquis domū suam
nutantem statuit deiçere, sed artifices qui hic consuluntur, subiçunt ei fulcimina, atq;
sic tuti domum tollunt, nam sciunt continere. Sic itaque & medicus debilem naturam
nutrit cibo, & sic molitur præsidia. Hæc Oribasius.

Συντεκταιρέσθαι δὲ γῆν καὶ τὸν νοσοτρόπην, εἰ δέ αριστοὶ τῷ δάκτυλῳ πάσῃ τῇ ἀκρίλῳ οὐ νοσεῖ. idest, Coniectari autem oportet, an ἄρετος τοιούτος νοσοτρόπης possit perdurare, donec morbus ad summum uitigorem perueniat.] Cum illo scilicet uitictus genere, quod ipsi à principio instituit.

Kde πότεροι ἐκεῖνοι ἀπαλλάσσου πρότεροι, οὐκ εἰς ἡγεμονίην τῆς διάτης, οὐδὲ νοῦς οὐ πρότεροι ἀπαλλάσσου, οὐδὲ αὐθαλαστοι. idest, Et nunc quid prius ille deficiat, & non possit cum uictus perdurare, uel morbus ante deficiat atque hebetescat: quum enim potest perdurare in illo uictus genere, seruandus est: quum non possit, aliquid addendum. Philotheus dicit, quod hic aphorismus πούντων ἔχει τὴν γέννησαν. παραμετρέων δὲ τὸ διάταυρον τοῦ νοῦ μαρτιών. οὐδὲ εἴ μὲν τείνεται πᾶς τὸ οὐδέ τὸ νοσήματος ὑπόροιο αὐταρκούσαν, οὐδὲ οὐδὲν τὸ διάταυρον τοῦ διάταυρου τὸ νοσήματος. idest, Talem habet sententiam, Vires cum morbo metiri oportet, & siquidem has ad morbi speciem sufficienes inuenieris, equaliter, paucum uictum tenuiter exhibere poteris. Si autem econtrario, morbus quidem diutius sufficiens, uires autem deficientes plenius, ut uires posint cum morbo pugnare.

Dubitatur, An quandoque ratione morbi pleniorum uictum dare conueniat. Responsum, id fieri posse in morbo pestilenti, ut cibus humoris uenenoso mixtus naturam suam perniciosem remittat.

G A L E N V S

Qvia in superiori aphorismo tantum iussit ab eo, qui extreme tenuis uictus nominatur declinare, quanto morbus mollior extiterit, quam sit eius uigor, nunc in hoc loco alteram adjicte intentionem, ut quantitatatem declinationis exquisite noscamus. Est autem haec intentio uis ipsa ægrotantis, cuius gratia nutrimus, neque enim morbi causa. Quum enim uis ita robusta fuerit, ut speremus ipsam posse perdurare totū tempus intermedium, usque ad summum morbi uigorem, cum tali uictus forma, tunc exquisitam habebimus declinationis (quam diximus) quantitatem. Quod si imbecillior extiterit, adiciendum aliquid uictui, & plenior est adhibendus, tantum scilicet, quantum natura imbecillior expostulat. Quocirca aliquando in ipso morbi uigore, ubi casus aliquis interuenierit, robur naturæ dissoluens, nutritre cogimur. Eset autem hic sermo pars totius offendendi alimenti rationis. Vnde si quis, & hunc & priorem atque sequentem aphorismum unum fecerit, non aberrabit. Ego uero in partes secans expono, quoad fieri potest, doctrinæ gratia clarioris.

B R A S A V O L V S

P R I M O à Galeno edocemur, in hoc aphorismo alterā intentionem adjici, ut quantitatatem declinationis uictus, exquisite noscamus. Intentio uero est uis ægrotantis cuius gratia nutrimus, nam morbi causa non nutrimus, immo potius morbus ut morbus indicat cibi ablationem.

S E C U N D O docet, quum ægrotantis uis robusta fuerit, ut speremus posse perdurare usque ad summum morbi uigorem, cum uictu iam coepito: tunc habebimus exquisitam uictus declinationem. At si uis imbecillior fuerit, aliquid uictui adiçere oportet, tantumque adiçere, quantum imbecillior natura expostulat.

T E R T I O docet, quandoque in summo uigore exhibendum esse cibum & nutriendum, quando symptoma aliquod superuenerit, robur naturæ dissoluens.

Q U A R T O dicit, & hanc sententiam esse partem totius rationis afferendi alimentum, unde putat præcedentem, præsentem & sequentem aphorismum pro uno accipi posse, & continuari: tamen ipse distinxit gratia clarioris doctrinæ.

A P H O R I S M V S X

Q Vibus igitur statim morbus consistit, his statim tenuis uictus adhibendus est: quibus uero posterius debet consistere, his & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud cibus subtrahendus, prius uero uberioris agendum, ut æger sufficiat.

Brasav.

BRASAVOLVS

HIC aphorismus eandem fere sententiam habet cum illo, ubi morbus peracutus est, statim extremos habet labores: tamē Galenus notat, hunc esse uniuersaliorem; quia ille in peracutis, hic in omni morbo simpliciter intelligit. Tamen si consideremus, quā nam sint morbi qui statim consistant, peracutos esse deprehendemus; unde sola est in uestib⁹ differentia, quia hic uestib⁹ ad peracutos non se determinat Hippocrates, quāvis re sint illi qui statim cōsistunt; superioris uero ad peracutos uestib⁹ & re se determinat. In illis igitur morbis, in quibus statim à principio futurus est summus uigor: in his etiam statim & à principio tenuis uictus adhibendus est. V. e. intelligamus in simpliciter acutis, ut sensus nō sit, Quibus statim, idest primis diebus; sed breui tempore, ut sunt simpliciter acuti, in quibus breui tempore ad summum uigorem perueniunt, & quibus tenuis uictus competit: nam peracutis tenuissimus est necessarius, non autem tenuis. Itaq; uniuersalior erit hic aphorismus, quā ille ubi morbus peracutus est. Illis uero quibus posterius statutus est futurus, his & in tempore consistenti, & parum ante cibis subtrahendus est, ut natura tunc maxime occupata circa duas materiæ coctiones non occupetur: materia, inquam, peccantis & cibi, sed ante sumnum uigorem uberius nutrire debemus, ut æger uictus ad hunc summum uigorem perdurare possit. A Philotheoq; hic aphorismus eodem modo exponitur, dicente: ἐπειδὴ τὸ καρπὸν μελέτηται, οὐ φυσικόν σκωτεῖν, εἰφῆμον μὲν δῆμον διάταξιν, οὐδὲ τεραπνεόμενον τὰ φυσικά. Εἴφηδὴ δὲ μηδὲ θύειν, ἀλλ’ ὑερού, γὰρ τόντη δὴ διάταξιν, οὐ πληκτὸν πεθεῖν αὐτὸν, ταπείνη πεθεῖν τὸν προφύτευσιν, δὲ τοῦ πρόδρομον χόντρον διάταξιν, ποτοφάς, ταπείνη ἀεροφάς διάταξιν. Καὶ οὐ λύσει περὶ ἄποκρετην, ὡς αὖ ἔχαρκεσιν ὁ νοσεών. Εἰπειδὴ οὐκανθανός λογοθετεῖ περὶ πάνταν νοσηστῶν ἐπειδὴ θεραπεύεται οὐκοντανός δὲ τὴν παροφύτευσιν νοσηστῶν, οὐδὲ τὴν λοιπὴν. idest, Amplius de tempore disputat, & dicit, Oportet considerare, in quibus est statim summus uigor, & tenuiter cibum exhibere, ne natura perturbetur. In quibus autem non statim, sed posterius, in his in summo uigo re, & partim ante ipsum, hoc est ante duos uel tres dies à cibo abstinere oportet. In tempore uero ante sumnum uigorem, uberius, hoc est plenius cibum dare. Et solutio secundum Hippocratē, ut æger sufficiat. Est igitur uniuersalis sermo de omnibus morbis demonstratiuus. Non solum enim in peracutis uel acutis in summo uigore, tenuiter cibum exhibere opus est, sed & in diuturnis atque reliquis.

Hic aphorismus ex tertio De ratione uictus in morbis acutis libro, ab Hippocrate elici potest, & ex libro De humoribus, eiusdem.

Galenus in libro De humoribus, huius aphorismi meminit & sequentis, inquit: Quum Hippocrates prædixisset conuenienter, Quibus statim uigor adeat, statim tenuis uictus adhibendus. Quibus uero ad illum & ante, tenuis, prius liberalior conuenit, ut æger morbum substineat.

Oīσι μὲν οὖν αὐτίκα ἀπειπούσι, αὐτίκα δὲ λεπτός διάταξιν. idest, Quibus igitur statim morbus consistit, ijs statim tenuis uictus adhibendus est, quia in statu hoc genere uictus uti debemus.

Oīσι δὲ ὑερού ἀπειπούσι, δὲ ἐκένον καὶ πεθεῖνον ἀφαιρετούσι. idest, Quibus uero posterius debet consistere, ijs & in ipso cōsistendi tempore, & parum ante illud, cibis subtrahendus. Subtrahendus uero, ut dicit Oribasius, ne subministrant naturæ ad concoctionem ciborum, sed iracent ad expellendos humores.

Εμπεδόδην δὲ ἀποτορβώς διάταξιν, ὡς αὖ ἔχαρκεσιν ὁ νοσεών. idest, Prius uero uberius agendum, ut æger sufficiat, scilicet peruenire usque ad statum. Oribasius hoc intelligere uidetur post morbum; nam dicit, Superiore autem tempore solutoq; morbo, propter uitatem refice uberius, ut possit suffire is, qui post tantum laborem ad suam pristinam properat sanitatem; qui si ita intelligat, non consentit Hippocrati.

G A L E N V S

HIC pariter sermo eandem sententiam habet cum priore, nisi quod est uniuersa-
tui uti oportet. Hic uero simpliciter de omnibus morbis pronuntiat, quibus statim
consistendi tempus futurū est, hoc est non multo post primam accessionē, iubens ob id
tenuē adhibere uitum. Quæ uero sequuntur, manifesta, quum eidem hęrent sententiae.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus docet, hunc aphorismum præcedentis sententiae, non tamen im-
mediate præcedentis inhærere, & illo uniuersaliorē esse. unde prius dicebat, In pera-
cutis morbis statim tenuissimo uitu uti oportere; hic uero simpliciter de omnibus mor-
bis pronuntiat, quibus statim, idest non multo post primam inuasionē, consistendi tem-
pus futurum est, ijs tenuis uitus adhibendus est.

Quod legitur, Hic pariter sermo eandem sententiam habet cum priore, nisi quod est
uniuersalior. Græce habetur, οὐδὲν τοῦτο ἡ λόγῳ διὰ τὴν εἰχταν γνῶμεν, ἐργασίᾳ δὲ καὶ να-
δολικώτεροι τοῦ προσθέμενοι. idest, Et hic pariter sermo eidem inhærēt sententiae, dicitur au-
tem & uniuersalius priore.

Quod legitur, Non multo post primam accessionem, hoc uocabulum Accessio; hic
est εἰσβολῆς, quod interpretandum putamus Inuasionem, non multo post primam in-
uasionem, uel aggreditionem.

A P H O R I S M U S X I .

IN accessionibus abstinere oportet: nam cibum dare nocuum est, & quibus per
circuitum fiunt accessiones in ipsa accessione abstinere oportet.

B R A S A V O L V S

HIPPOCRATES in libro De humoribus, hunc aphorismum ad uerbum scripsit,
inquiens, Nec in accessionibus quæ certis statim ue diebus, circuitus fiunt, cibaria por-
rigito, neq; sumere cogito: sed potius prioribus ante decretorium demito. Potest etiam
ex quarto De ratione uitius in morbis acutis sumi: & Celsus capite sextodecimo secū-
di libri dicit, Initia morborum primum famem sitimq; desiderant: ipsi deinde morbi mo-
derationem, ut neq; aliud quam expedit, neq; eius ipsius nimium sumatur. Hic uero do-
cet Hippocrates, quomodo medicus particulariter & conuenienter cibum ægро offer-
re posse, & sensum facit, In accessionibus semper à cibis abstinere iubeto, nam cibum
dare nocuum est: nempe naturam circa materiam morbi occupatam repellit, & mate-
riam ipsam auget. Quod non solum in morbis non intermittentibus intelligito, sed etiam
in illis morbis, in quibus accessiones per circuitum fiunt. In his enim in ipsa accessione
à cibis abstinere oportet: nocuum enim esset in illa cibum præbere.

Philotheus ita aphorismum introducit, Διδάσκει πότεν δέλι τρέφεται, νων διδάσκεται πότεν
σύ δέλι, idest, Quum edocuerit quādo nutrire opus sit, nūc docet quādo non est opus.

Εγ γάρ παροξυσμοῖσιν τάσσεται μέτρον χρήσιμον idest, In accessionibus abstinere oportet, scilicet
et à uitu: nam in ipsis accessionibus, Galenus per accessionem in sequenti aphorismo
id rēpus circuitus intelligit, in quo æger affligitur. Imò idem Galenus in libro De mor-
borum temporibus, hunc aphorismum & præcedētem adducit, inquiens, Quum enim
prædictis set conuenienter, quibus statim uigor adeat, statim tenuis uitus adhibendus,
quibus postea ad illum & ante, tenuis, prius liberalior conuenit, ut æger morbum sub-
stineat, intulit, In accessionibus abstinenti esse: docens nos, uidelicet solum id tempus,
quod accessionem uocat, obseruādum esse: nunquam enim in hoc nutritus, uerum in
reliquo omni tempore remissionis; interdum in alia eius parte, quia ex simplici interim
declinatione, interdum ex declinatione & intercalo cōpositum est. Certum est, in hoc
loco Galenum per accessionem, principium, augmentum, & statum intelligere: nam
statim unum circuitum in duas partes diuidit: in accessionem, quam παροξυσμόν uo-
cat, & remissionem uel decessionem; ut manifeste appareat, remissionem contra ac-
cessionem distinguere. Quum uero remissio, declinatio sit; accession, reliquum circuitus,
idest

idest principium, augmentum, & statum complectetur. Siq; hic Galenum recte consideres, uult primum accessionis insultum, quo periodus idest circuitus incipit, esse principium: ideo dicit, à Græcis ἀνυπαρι nuncupari, idest febris significationem.

Pro huius autem aphorismi & quorundam sequentium intellectu, necessarium est de morborum temporibus secundum Hippocratem & Galenum nonnulla tractare. Galenus in libro De morborum temporibus, uult *soups*, idest morborū tempora etatibus comparari. Sicut enim animal principium habet, crementum, statum, & declinationem: eadē in morbis inueniuntur, sed modo diuerso. Ut autē hunc modum cognoscamus, scire oportet, apud Galenū & omnes antiquiores medicos, esse duplex genus febrium: nani aliqua sunt intermitentes, aliqua non intermitentes. Intermitentes illae sunt, quæ diem uel dies uel horas quietis habent, non intermitentes continuo affligunt. Nunc de intermitentibus primo agemus, quæ sunt uel quotidiana uel tertiana uel quartana. In istis, à Græcis πρόσοδος dicitur, quod Latini circuitū uocant, totum illud spatium à primo insultu unius febris, usq; ad primū insultum alterius febris: ut in quotidiana est spatium uigintiquatuor horarum, in tertiana spatium quadraginta octo horarum, in quartana spatium septuaginta duarū horarum. Nunc exemplum de temporibus in tertiana febre assignemus, ut Galenus facit. Quod fiet commodius, si prius animaduertemus aliqua esse uniuersalia tempora, alia particularia. Uniuersalia totum morbum in partes distinguunt: particularia singulares circuitus. In tertiana igitur quando corpus adeo algescit, ut sensus frigoris habeatur, initium uel principium nuncupatur à Græcis αρχή diētum, quamuis & huius frigoris primus insultus à Græcis etiam ἀνυπαρι, idest febris significatio nominetur. Cum uero paulatim frigus deponi incipit, ut inter calorem & frigus conflictatio quædam sit, tempus inæqualitatis à Latinis, à Græcis κατεύθυνσι uocatur. Cum uero calor crescit, incrementum est uel augmentum uel ascensus, à Græcis αὔξησις, επίδειν, & εὐδέλειη dicitur. Postea cum stare uidetur, consistentia est στάσις, idest status, uel ἀκμή, idest summus uigor. Deinde calor incipit auferri, tuncq; inclinatio uel declinatio uel remissio, à Græcis παρακώ & μέτων appellatur. Deniq; tota febre ablata, tempus illud usq; ad aliū circuitum, interuallum, uel integritas, uel quies, à Græcis αὐνυψία, idest infebria dicitur. Omne uero tempus ex his sex præcitatibus tres partes habet, principium, medium, & finem: cuius rei exemplum in augmēto condonemus. Principium augmenti naturam sapit principij totius morbi, uel temporis inæqualitatis: finis augmenti status naturam sapit: medium augmenti ab extremis multum distat. Hæc secundum Galeni sententiam dicta sint. Tamen est alter modus uniuersalior diuidendi hæc tempora, ut in accessionē & inclinationē diuidatur: & accessio tria tempora capi: principium, augmētum & statum. Inclinatio uero declinationē & interuallum complectitur. Itaq; duæ erunt totius circuitus partes. Huic uidetur cōsentire Philotheus, cum accessionē definiens, inquit: παρεξυποθέτης η σφοδρότερος μέρος η ελαγχούσιον πρόσοδος δέ δι ή ἡ το ωτα εις η ανδραγατάσιον. idest, Accessio est pars uehementior totius circuitus: circuitus uero est ab eodem ad idem restitutio. Secundum præcedentem uero divisionem, circuitus sex partes habebit, initium, tempus inæqualitatis, incrementum, uigorem, inclinationem, integratem, uel interuallum. Et hæc omnia tempora in morbis omnibus intermitentibus reperiuntur, ut est quotidiana febris, tertiana & quartana, quando intermitentes sunt: nam & haec non intermitentes esse possunt, quāvis Galenus hoc loco admoneat, raro esse quartanas non intermitentes. Archigenes uero declinationem partiebatur, & ultimam eius partem remissionē uocabat, quod nihil referret, modo non posuisset illam esse distinctam partē à declinatione. Propter hoc à Galeno reprehēditur, quia remissionē à declinatione tempus distinctum fecerit: cum tamen sit declinationis pars: hæc de temporibus particularis circuitus in febribus intermitentibus dicta sufficiant, quæ ne gry quidem à Galeni dogmate dissentiant. In morbis uero non intermitentibus quinque partes inuenit Galenus. Interuallum in his abest, quia nunquam perfecte finiunt. In aliquibus etiam non recte percipitur tempus inæqualitatis. In alijs augmentū solum, statum & inclinationē percipere licet. Hæc autem in simplicibus magnitudinibus dicta sunt: nam in cōpositis, ut in semitertiana, & in his febribus, quarū una accedit antequām alia decesserit, temporū certitudo atq; ratio non habetur. Post

Post periodi, id est circuitus particularis tempora, Galenus librum alterum facit de universalibus morborum temporibus, quae tempora animalium etatis comparat, & quantum esse facit, principium, ascensus, uigor, & declinatio: hoc est in ægris superfuturis intelligitur: nam si mori debeat, id sit in augmento uel statu: propterea in his declinatio inueniri non poterit. Est autem in omni morbo uniuersale principium quoties materia cruda est, uel phlegmon sit, uel ulcus, uel desflatio, uel febris, uel quodcumque aliud. Quum uero concoqui incipit, augmentum est, & principij finis, uel quum signa coctionis opposita uidentur: sed quum concoctio maxime sit, tunc status est, & declinatio nuptianda erit, quando concoctio facta fuerit. In hoc eodem libro à Galeno notatur, in multis morbis tempora adeo brevia esse, ut percipi non possint, sicuti in apoplexia, & morbo comitali, immo in eo cui truncatur caput, hæc tempora inueniri docet, dempta tamē declinatione. Vnde in aliquibus morbis principium & augmentum latent, quum in omnibus sint: in morituris augmentum non est in concoquendo, sed in cruditis & letalibus signis: principium, augmentum & declinatio in omotenis latent, quae sunt febres à principio in finem in eodem tenore permanentes. In acmasticis, principium, status & declinatio latent: nam febres sunt, quae continuò in clementum proficiuntur. In paracastisticis, principium, augmentum & status latent: febres enim sunt, quae in inclinationem continuò perseverant: tamen Galenus præcito loco de omotenis solis mentionem facit, quas sub synocho intelligit, tamen tempora habere, sed breuissima ostendit.

Ad rem igitur: In accessionibus à cibo abstinere oportet, per has illas intelligentes quae in febribus non intermittentibus sunt. Vnde & à Philotheo dicitur, λέγων, γάρ ποιεῖται ξυστοιοῦ ὑπερβαθμία χρή, τοτέται μη τρέφειν. καὶ μὲν τὸ ἐπάνω, γάρ ποιεῖται παροξυσμοῖσι, εἰδὼν λαστρὸν ὅτι τὸ μὲν τὴν σωματικὴν δέ τοι τρέφειν, εἰδὲ μὲν τὴν σμαλαπόνταν, ἀπλόν τοι τρέφειν σμοῖς. τὸ δὲ ἐπαγρέμονος μετὰ δύοισι ἔται τοι τρέφειν, οὐκ εἰσὶ δὲ δύοισι. τοῦτο δὲ τὸ παροξυσμόν τοι τρέφειν, μη μὲν τὸ μὲν τὴν συνεισθῆται εἰπεῖν τοι παροξυσμόν, εἰδὲ μὲν τὸ μὲν τὴν συνεισθῆται εἰπεῖν τοι παροξυσμόν, μηδὲ τὸ φυσικόν, ὃν καθόλου δέ μὲν πάσαις πόσισιν ὑπερβαθμία, λαστρὸν τοι λαλίκης δύωντες εἴη παροξυσμός, λαστρὸν τοι τρέφειν, λαστρὸν τοι δύνατον παροισθεῖν, ἀλλ' οὐδέποτε μὲν τοι τρέφειν. τοι δὲ τὴν σμαλαπόνταν πυρετῶν γάρ τοι εἰστομενοῖς. τὸ δὲ γάρ ποιεῖται παροξυσμοῖς, μέντος τοι μη εμετηπότερον τοι τρέφειν, καὶ πλέον παραχθῆναι τῷ φύσι. id est. Dicentes in accessionibus abstinere oportet, hoc est non nutritre: & ob hoc quod dicit, in accessionibus, ostendit, quod neceps in fugibus & cōtinuis nutritre oportet, neceps in intermittentibus, accessionibus simpliciter dixit. Quod uero inductum est, superiori simile esse uidetur, non est autem simile. Quomodo? quoniam Hippocrates dixit, in accessionibus abstinere oportet, ne in febribus morbis solum accipiat, hoc dicit, quod uniuersaliter in omni circuitu abstinere oportet, siue cum dolore colico accessio fuerit, siue cum renali, siue cum alio, qualis aliquo modo circuitus fuerit. Scientū uero est quod in non intermittentibus, scilicet morbis uel febribus: minoribus febribus, id est quando febris imminuta est, nutritre oportet. In intermittentibus uero febribus, in remissionibus: non autem in accessionibus, ne nutrimentum euomatur, & magis perturbetur natura.

Τὸ παθετὸν γάρ βλαβεῖ, id est, Nam cibum dare nocuum est.] Quia impeditur natura à suo opere, & cibus in humorum prauium cōuertitur. Vnde Oribasius dicit esse nocuum, quippe tunc inimicū est & malū, quādo infestat natura maxime ab humoribus. Καὶ οὐσίαν τὴν πολιόσθιον παροξυσμοῖς, γάρ τοι παροξυσμοῖς ὑπερβαθμία χρή. id est. Et quibus per circuitum accessiones sunt, in ipsa accessione abstinere oportet: ut non solum uerus sit aphorismus in non intermittentibus, sed etiam in intermittentibus, ut sunt quotidiana, tertiana, quartana. In his in ipsa accessionis die abstinendum: id est, ut Oribasius inquit, hi nullo modo reficiendi sunt. Sequiturq[ue] Oribasius: Merito in hoc aphorismo, tum in secundo eadem repetit, quia maius peccatum ægrotis nascitur, si se refecerint, non solum in accessionibus ipsis, sed & paulo ante etiam, quum hora ipsius uenturæ constet. Sollicitus ergo sis, ut ieunius, uel uacuus ægrotus, ad accessionis horam ueniat. Hæc Oribasius.

GALENVS

TOTIUS quidem uictus rationem in uno quoq; morbo à diuabus intentionibus iussit assumere, ex summo totius morbi uigore, & ex uiribus ægrotantis. Quomo do uero quispiam particulatum cibum offerat conuenienter, in hoc docet sermone, ca ueri iubens morborum accessiones: ipse uero manifestius in libro De uictu acutorum dixit, Quod neq; quam iam adsunt, neq; haud ita multo post affutare sunt accessiones, cibis dandus est, sed quam declinant aut cessant.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, quam Hippocrates totius uictus rationem, in omni morbo accipere iussisset, ex uigore totius morbi, & ex uiribus ægrotatis, nunc docet quomo do quispiam medicus particulatum cibum conuenienter offerre debeat, iubetq; ca ueri morborum accessiones.

Quod legit, Ex summo morbi uigore legi debet, ex futuro morbi uigore, nam Græce habetur, ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἔτεος νοήματα ἀνάγουσι, possemus etiam notare uerbum πεσεδύων, quod significat apponere, ut sensus fieret, aliquid apponere illi cibo qui prius dabatur, nocuum est: tamen potius laudo modum superius positum, quia semper Hippocrates & Galenus in accessionibus cibum dare uentant.

SECUNDО, notat Galenus Hippocrate in quarto libro De ratione uictus in morbis acutis manifestius dixisse, neq; dandum cibum, quam iam adsunt accessiones, neq; quam non multo post sunt affutare, sed solum est dandus quam declinant, aut cessarunt. Ex quibus colligere potes, accessionem, principium, augmentum, & statum solum complecti.

Quod legitur, Quum declinant, aut cessant. Græce est περικυρώνται τὰ καὶ ταῦτα πλέον, nos interpretandum duximus, quam declinant & cessant, ut duo tempora notentur, Inclinatio, & tempus integratitatis. πενουλίων præsentis temporis est, quod bene procedit, quia tunc declinat, quando in nihilum abit; cessat autem quando iam abiit, & penitus desit.

Accessiones uero, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum successiva incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant. Sed ex his quæ mox apparent, indicia sumuntur, quemadmodum in morbo lateralí, si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si uero postea appareat, prodiicit. Et urina, & altii excrementa, & sudores, quæ tuncq; apparuerint, uel bonam morborum iudicationē, uel malam, uel breues, aut longos fore morbos ostendunt.

BRASAVOLVS

VT in huius aphorismi sententiā perfecte ueniamus, quid accessio sit, & quid constituto scire oportet, de accessione uero superius ample dictum est ex Galeni sententiā, & hic, & in libro De morborum temporibus, quod se uera circuitus tempora complectitur, principium, augmentum, & statum. Reliqua tempora, ut inclinatio, & integratas sub accessionis nomine non intelliguntur. Et hoc intelligitur in particularibus circuitibus, quoniā in uniuersalibus morbi temporibus non dicitur accessio. Constitutio uero est totius ægritudinis uniuersalis status, & summus uigor. Sed ut Aphorismi uim perfectius allequamus, scire oportet, ægros ex tribus in uictu gubernari, ex uiribus, ex uniuersali morbi uigore, & ex particularibus accessionibus, primum in nono Aphorismo positū est, secundū in septimo, in octavo & in decimo. Tertiū in undecimo. Vires statim ex pulli cognoscuntur, nec percipere difficile est, an æger imbecillas, an robustas vires habeat, quæ usq; ad summum uigorem cum eo uictu perdurare possint. Sed duo forte occurrent medicis, quæ obscura esse uidebuntur atq; ignota, primum quomodo possimus

possimus cognoscere constitutiones in uniuersalem morbi statum. Secundū, quomodo possimus cognoscere particulares accessiones. Propterea ut Hippocrates huic negotio de ratione uictus & his à quibus indicationes sumuntur, summum colophonem imponat, in præsenti aphorismo per intrinseca signa, & per extrinseca docet, quomodo in particularium accessionum & in status uniuersalis cognitionē pertenire possimus, que duo ad uictus rationē recte instituendam optimè ualent. Philotheus uero hoc modo aphorismum introducit, ὃν περ τὸν ἀφορισμὸν διαλέξεις, ὃν τοῖς παροφυσουσιοις μη τρέφειν, ὡς τινὲς ἀρρωτοὶ, καὶ πόλειν ἐχοντας γνῶναι τὸν παροφυσμόν, τῶν ἀνθρώπων λεγον. idest, Quum in eo qui hunc præcedit aphorismo edocerit, in accessionibus nutrīdum non esse: Nunc ac si aliquis dubitauerit, Et unde accessionem cognoscere possumus? Insert, dicens. Oribasius uero ad Hippocratis intentionem tendere non uidetur, nempe dicit, Tanquam rogatus Hippocrates, quomodo cognoscamus longos uel acutos morbos, respondit dicens, Iudicantur accessiones & conditions: hoc est, declarantur & ostenduntur. Conditions uero nominauit species uel agnitiones morborum, qui quales sint uel quomodo agnoscantur ostendunt. Hæc Oribasius, quæ quisq; ex se ipso Hippocratis mentem effugere, facile percipere potest. Nos igitur dicamus, Hippocratem particulares morborum accessiones, & uniuersalem statum edoctrinum esse, & hæc per multa signa ostendit, inter quæ hoc primum est.

Τὸς δὲ παροφυσμὸς, καὶ τὰς λαττασιας θλασσαὶ νῦν οἱ. idest, Accessiones autem & constitutiones morbi indicabunt.] Per morbos, morborum genera intelligit; nam hæc accessiones indicant; quoniam si morbus tertiana sit, scimus accessionē de tertio in tertium superuenire; si angina, scimus ut plurimum à bile fieri, quæ tertianarū motum consequitur. Ab eisdem morborum generibus constitutiones, idest morborum uniuersales status, indicantur. Quum enim anginam esse cognoscimus, peracutum morbum esse iudicamus, qui statim habet extremos labores, ideo tenuissimo uictu utēdum est. Si morbus lateralis sit, acutum morbum esse cognoscimus, qui in quatuordecim diebus iudicatur; ideo statum posterius habebit: propterea tenui uictu, & non tenuissimo uemur. In accessionibus uero abstinebimus, unde morbi genus cognoscere, in accessionē & constitutionum cognitionē nos inducit, & in uictus rationē recte instituendam. Propterea & Philotheus dicit, quod morbi ita nos inducent in horum cognitionem: οἷον ἐπὶ τεττάκιστην ταχὺ λεπτούς, καὶ σῆμα τρίτης ὁ παροφυσμός, εἰ δὲ ἀφυμένως χρόνοις, καὶ πεδίσην ὁ παροφυσμός, εἰ δὲ παρεπταῖς, ὅτι καὶ τοῦτο χρονιστρός, καὶ σῆμα τρίτης ὁ παροφυσμός. οὐτως δὲ καὶ ἦν ἀλλα υπημέτρων ληλωτών, οἱ τὸ παροφυσμοὶ καὶ ἀνατασσόσιες. idest, Ut si tertiana, quod cito iudicatorius dies, & per tertium accessionē: si uero quotidiana, longior, & singulis diebus accessionē. At si quartana, quod hac longior, & per diuos dies accessionē. Sic autem & in alijs morbis accessiones, & constitutiones indicantur.

Καὶ αἱ ἔτη τοῦ ἔτος. idest, Et anni tempora.] Scilicet accessiones & cōstitutiones indicabunt: nā diuersis anni temporebus uariæ aegritudines regnāt, ut in tertio libro edocebit Hippocrates, & citius ac tardius diuersis temporebus iudicant. Aestate biles in nostro corpore generantur & augent, propterea accessiones de tertio in tertium ut plurimū uexant, citiusq; aestate finiunt q̄ hyeme: & ideo scimus constitutionē citius superuenturā, unde tempora cognoscētes aegrū cōuenienti uictū seruabimini. Philotheus quoq; ostendit anni tempora sic accessiones & cōstitutiones indicare, εἰ συμβῇ γρίπης τεττακτοῖς ἢ δέρμα, έραχν γρίπης γενίστηρ, ὁ δὲ γέλιαν, πτολεμίαν. Οἱ ἀδιπλασιαὶ ἑπτάστατην τάχεις μὲν ἢ δέρμα, έραχν γρίπην τηταῖς δέ γέλιαν πτολεμίην. οὐδὲ ιγένης οἱ παροφυσμοὶ σῆμα τρίτης ἢ τεττακτοῖς γέλιαν γρίπην δέ γέλιαν ἢ τύπτα γέλιαν γέλιαν. idest, Si quartana in aestate fieri contingit, brevis fiet: si uero in hyeme, longa: & in alijs quibuscūq; morbis celeritatem quidem estas, hyems autem tarditatē apponit: sed & accessiones per tertium quidem plerūq; in aestate, per quartū in autumno: singulis autem diebus uel noctibus in hyeme.

Καὶ αἱ πολεούσια πόλεις καὶ λαοὶ αἱ πόλεις οἱ πόλεις, οἱ πόλεις οἱ πόλεις πλείονται γένονται. idest, Et circuituum successiva incrementa, sive quotidie, sive alternis diebus, sive per maiora interualla fiant: hæc enim accessiones & cōstitutiones indicabunt.] Est autem circuitus, tempus ab initio unius accessionis usq; ad initium alterius, ut in præcedente aphorismo dictum est. Si autem circuitus uel quotidiani sunt, uel tertiani

tertiani, uel quartani, uel etiam quintani, uel adhuc per maiora interualla superueniant, quicquid sit, si accessione uel tertiana uel quartana eundem modum seruabit secunda uel tertia & deinceps, qualem seruauit prima, morbum est longinquo statum habere iudicato. At si circuitus crescent, signum est statum prope esse; nam uehemens morbi motus significatus, praeſertim quando accessiones anticipant, & longius atque uehemens affligunt. Si uero accessiones in eodem statu perseverent, aut saltem non crescant, longius distare uigorem pernoſcemos; & etiam qua hora egritudo sit iniuriosa, primum cibandi modum ratione uniuersalium temporum edocebit, secundum ratione particulae accessionis. Vnde & a Philotheo dicitur, ὅτι εἰ σωτήριος αὐτεβαίνει τὸ νοσημα. Λύκειον εἶ γένος ἔνεστιν ἀνθρώπῳ, καὶ οὗτοι παροφυσοῦσι δέλιγον χρόνον λεπτάτονται. εἰ δὲ μῆτρας, πορφύρα τὴν τύχην ἀνθρώπῳ, καὶ οὗτοι παροφυσοῦσι δέλιγον χρόνον λεπτάτονται. πάσι δέ τοις οὐδὲν διαφέρει τὸ πενθεῖον οὐδὲν τὸ πενθεῖον οὐδὲν απενθεῖον τὸ νοσηματό. idest, Quod si breuiter crescit morbus, uigorem prope esse ostendit, & quod accessiones paucō tempore uigebunt. Si uero parum, scilicet crescat morbus, uigor longius erit, & accessiones non paucō tempore uigere ostendet. Incrementum est morbi augmentum. Hanc ultimam partem Philotheus posuit, ut quid esset incrementum ostenderet.

Præter hæc indicia in hoc loco ab Hippocrate numerata, alia ab eodē in libro De ratione uictus in morbis acutis referuntur, & à Galeno in libro De crisiis. Sunt autem haec: ægri tēperatura, ætas, locus, assuetudo, industria uitæ, aeris nos ambientes constitutio, & qui morbi tunc regnent, ac populares sint. Hæc omnia in cognitione accessionum & cōstitutionum nos inducunt, & ex consequenti in bonam & reclam uictus rationem. Sed Hippocrates prædictis signis non contentus addit,

A τῷ γὰρ τοῦ τοῦ θεραπευτικοῦ. idest, Sed ex ijs quæ mox apparent, indicia sumuntur, per quæ in cognitione accessionis & constitutionis deuenire possumus. Sunt uero illa quæ mox apparent, illa quæ post factum morbum consequuntur. A Philotheo autem dicitur, τὰ δὲ φυαινόμενα τριήτια γέροντος στονιζαὶ καὶ δέλερον ποιῶνται τύχη, δάκρυσι, λείεσθαι, καὶ πενθεῖσαι. φτυᾶται οὖτε τὸ πενθεῖον οὐδὲν απενθεῖον οὐδὲν εἴτε τὸ πενθεῖον οὐδὲν διαφέρει τὸ πενθεῖον. τὰ δὲ ικκειψόμενα δεωρεῖται, γένους μαστιγίου, φλεγματικοῦ, καὶ γάρ σημείου. idest, Quæ uero mox apparent, tria sunt: uel enim salutis & interitus declaratione faciunt, uel iudicationis, & non iudicationis, uel coctionis, & cruditatis. Hic igitur coctionis & cruditatis signa pertractat, hæc uero in his quæ excernuntur, speculat. At illa quæ excernuntur, in sputis, in aliis excrementis & in urinis cōſiderat. οἷον γάρ τοις θεραπευτικοῖς, αρχαιοῖς μὲν βραχίων, ἢ δὲ οὔστροι θεραπευτικοῖς, μητρώα. idest, Quemadmodum in morbo lateralī, si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat. Si uero posterius appearat, producit. Ut in cognitionem sanguinorū mox apparentium ueniamus, & per ipsa accessiones & constitutiones cognoscamus, Hippocrates in uno morbo exēplum ponit: In morbo iniquā lateralī, inquiens, si statim in principio morbi sputum apparuerit, ut in primis quatuor diebus, indicium est morbum cito terminaturum. Philotheus exponit statim, τοτεινη γένους τριῶν ημερῶν. id est, hoc est intra tres dies. At si mox, idest post principiū per aliquot dies, constitutio tarda fiet. Philotheus intelligit mox, idest τότε τῶν δεκάτων τριητῶν, hoc est circa decimū quartū diem. Galenusq; exemplum de Anaxione describit, in quo sputum mox apparuit. Oribasius sputum in quatuor partes diuidit: aut enim aquosum est, aut sanguinolentum, aut rubrum, aut nigrum. Rubrum, si est collectum in initio, bonum est: sanguinolentū, si est collectum in initio, non est malum, unde frequenter uenam incident: aquosum, si est tardum & nigrum, malum est. ob quam causam? quia significat nobis uitatem debilem, quæ illud non potuit maturare & expellere. Nam quicquid nigrum in interioribus partibus decurrit, si ad pulmones migrat, mortem infert. Philotheus uero in ter sputum & excreatum differentiam ponit, inquiens, πένθειον δέ, καὶ πάντα μάστιγες. πένθειον μὲν γάρ διηγεῖται πενθεῖον, τὸ δὲ ικκειψόμενον πάντα μάστιγες. idest, Sputum autem & excreatus sic differunt: sputum quidem est concocatum, excreatus uero crudus.

Καὶ σημεῖα. idest, Et urinæ accessiones & constitutiones iudicant: de quibus Actuarius longe differit, edocens quænam longum, & quæ breuem morbum significant.

Καὶ τὸν καρκίνον. idest, Et alii excrementsa, eadem indicabunt.

Καὶ οἱ θερμοί. idest, Et sudores. Et omnia alia quae per quemcumque locum excernuntur, accessiones & constitutiones ostendunt. Si enim, ut Philotheus dicit, γῆρας τὸ πρῶτον ἡμέραν ἡ πέντισ ἢ τέσσερις φωνῆς, δῆλος ὅτι σπλησίου καὶ ἡ ἀκμή, Καὶ σύνεπεν τὸ νόσου μὲν ἐδειπνοῦ πορθών δῆλος ὅτι καὶ σύνεπεν. idest, Intra tres dies coctio in his apparuerit, manifestum est uigorem prope esse, & morbum boni iudicij esse. Si uero non, certum est longiorem esse morbum & malum iudicij.

Καὶ σύνεπεν καὶ σύνεπεν καὶ βερχάτα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα τῷ φαινούμενῳ δύλεῖ. idest, Et bonam morborum iudicationem & malam, & longos & breues fore morbos ostendunt, ea quae mox apparent. In aliquibus contextibus adest hæc particula τῷ φαινούμενῳ, in aliquibus abest; nos abesse probamus, ut hæc pars ad signa etiam superius posita referatur, quæ ex morbis & anni temporibus, & reliquis consequentibus sumuntur, tamen nihil etiam impedit ad ea sola quæ posterius apparent, referri.

Quod etiam in aphorismo legitur, Vel bonam morborum iudicationem, uel malam: aliqui contextus non legunt Malam, sed Nullam: alijs habent & malam & nullam: nempe antiquus noster habet, καὶ σύνεπεν καὶ ἄπειται καὶ εὑκρίται.

Est ergo huius aphorismi summa breuis haec: Quum uictus ratio ex tribus sumi possit, ex uiribus, ex accessionibus, & ex constitutionibus: Vires, ex pulsu cognoscuntur, præsertim uitales: ex excrementis, naturales: ex sensuum & intellectus uiribus, animales. Accessiones uero & constitutiones, ex morbis cognoscuntur, & ex anni temporibus, ex circuituum incrementis, ex ætatibus, ex assuetudinibus, ex aere ambiente, ex exercitio, ex naturali temperatura, ex apparentibus post factum morbum, ut ex sputo, urina, aliis excrementis, sudorisbus.

Potest hic aphorismus ex uariis Hippocratis locis colligi, præsertim ex libris Epidemiorum, & ex libro De ratione uictus in morbis acutis, & Galenus ipsum ad unguem exponit in libro De crisiis. Aetus quoque de post apparatu in morbo lateral, mentionem facit libro quinto, capite sexto. Refert quoque in hoc aphorismo Hippocratem: & in quinquagesimo primo eiusdem libri, capite De sputorum significatione differens, exemplum hoc de morbo lateral, & eius sputo secundum Hippocratem adducit.

G A L E N V S

Si quæ prius dicta fuerūt ab eo de uictus ratione ad memoriam reuocemus, eorum quæ nunc dicuntur, utilitas fiet nobis manifestior. Quæ autem prius dicta fuerunt, hæc sunt: Totius uictus figuram ad duas respiciens intentiones faciebat, quarum altera erat uis ægrotantis, & constitutio morbi. Nam si morbus sit acutus, uel peracutus, uel longus, & quando maxime in uigore consistet, nihil aliud est, nisi morbi cōstitutionem considerare: particulares autem ciborum oblationes ex accessionibus coniecturabatur. Quum igitur tres essent intentiones, ad perfectam & indeficientē uictus rationem, prima quidem sumpta est ex uiribus ægrotantis, secunda ex morbi constitutione, & tertia preter has ex particularibus accessionibus. Vires quidem sub primo statim ingressu comprehendere medicus potest, ex pulsibus scilicet, & alijs, quæ ipse in libro Prognostico latius scriptitauit: quamvis forte quis dixerit uirium magnitudinem esse incomprehensibilem. At si non possumus earum quantitatem exquiste cognoscere: posse nos tamen artificio quædam coniectura ad ueritatem proxime accedere, nemo inficiabitur. Sed morbi constitutionem qualis nam sit, & particulares accessiones, multi medici existimarent nec posse dignosci: nonnam idem sensit Hippocrates: sed & in hac parte, scuti & in alijs saepe quidem exquise, & ut quispiam dixerit, perire, atque scienter, saepe uero coniecturaliter, non tamen inartificio, neque longe à ueritate, sed prope atque proximus perueniemus ad cognoscendum futurum consistendi tempus, & accessionum successivas reciprocationes. Verum hæc omnia latius, & in libris qui prognostica, & in alteris qui Epidemias inscribuntur, Hippocrates docuit: & nos, iuxta antiqui magistri sententiam ipsius uerba cum decenti expositione apposuimus in libro primo De crisiis, in quo ostendimus quomodo quispiam futurū morbi uigore possit præcognoscere. Nunc uero omnia sunt ab Hippocrate per capita tradita. At nos quām breuissime fieri poterit ipsa dilucidabimus. Quibus uero curæ est omnem de his disciplinam diligenter perdiscere, ad librum De crisiis à nobis scriptum, legendum accedat. Ipsi quoque morbi, & accessiones

& accessionum similes proportiones, & suas etiam constitutiones nihilominus ostendit, ueluti in intermittentibus, quod tertiana cito terminatur, quotidiana uero longa est, quartana autem etiam hac longior existit. In continuis uero, incendentes quidem acutæ sunt, quæ uero typhodes, idest succidentes nominantur, longiores, mediæ uero inter has semiterianæ. Quomodo uero quispiam has omnes febres statim inuadentes diagnoscat, secundo libro De crisibus plenius edocuimus. Quare non oportet ad hunc transferre sermonem quæcumq; bene dicere in alijs anticipauimus, necq; saepius eadem in pluribus libris sunt repetenda, sed solum ad memoriam reuocandum, si possibile fuerit tertianam inuadentem statim ab initio cognoscere, ex ea comprehendere quimus, quod cito terminabit, & quod per tertium diem fient accessiones, & hoc est quod ab Hippocrate dicitur. Accessiones autem, & constitutiones morbi indicabunt; nos quidem quum statim prima die februm quartanarum initia saep cognouissimus, non expectata secunda accessione, formâ uictus ab initio constituius, tanquam ad morbum qui longo post tempore ad suum uigorem foret peruenturus; sic in quotidiana, & tertia na fecimus, tempus futuri uigoris in utrisq; secundum proprium terminum metientes. Sicuti autem in febribus, itidem in alijs morbis est faciendum. Morbus enim lateralîs, & qui peripneumonia, & phrenitis à Græcis nominantur, morbi acutî sunt. Angina auctem, iuxtaginga, & cholera, & distensio neruorum, peracutus. Aqua intercutē, atra bilis, & suppurationis, & tabes, diutini. Et morbo quidem lateralî, & phrenitidi magna ex parte per tertium accessiones fiunt, suppurationibus autem qua uentri eveniunt, aut hepati, & tabi, quotidie, & magis ad noctem; qui uero ex liene laborant, & omnino ex atra bile, per quartum. Quod autem subinde dicitur de anni temporibus, ad ea quæ antea dicta sunt habet relationem; nam & morbi constitutiones, & accessiones, possunt ab anni temporibus una cum morbo indicari; neq; enim sufficit hoc tantū scripsi, quod quartana inuasit hoc die, ut ab initio pre cognoscamus instituendam esse uictus rationem, ut ad morbum futurū diutinū: sed etiam si hieme, aut uere, uel æstate, uel autumno, suum fecit initium, prospicere oportet, id cognoscentes quod æstate quartanæ magna ex parte breues sunt, autumnales longæ, & quæ magis hiemem attingunt: nam hæc eadem ipse nos in sequentibus edocebit. & quidem tertiana febris, quum alioquin cito terminetur, citius tamè æstate quam hieme: & alijs pariter singulis morbis æstas addit celeritatem, hiems uero tarditatem. Sed & accessiones, per tertium quidem magna ex parte æstate fiunt, per quartum uero autumno, singulis uero diebus aut noctibus hieme. Sicuti autem in anni temporibus, sic & in temperaturis, ex proportione se habet, de quibus & ipse Hippocrates saep differuit, non tamen hic quidquam dixit, ut qui ex uno alia nobis ad memoriam reuocanda reliquerit. Quæ enim tempus æstuum, eadem & ægri temperatura, si fuerit calidior, & siccior, & ætas, si in suo uigore constiterit, & locus, si calidus, & siccus, una indicabunt. Liquebat autem quod & industria uitæ, & affuetudo eodem modo se habent, & præsens aeris nos ambientis constitutio, de quibus postea docebit. Sic & quæcumq; de tempore autumnali ad morbi constitutionem, & accessionum reciprocationem assumebantur, hæc eadem & de ætate ægrotantis, atq; natura, & uitæ industria, & affuetudinibus, & regione in qua ægrotat, & aeris ambientis (quæ tunc uagatur) temperatura, assumere licet. Ex his quidem iam constare potest, quod & morbi constitutionem & accessiones cognoscemus. Constitutionem quidem, si morbus fuerit peracutus uel diutinus, quod ad confitendi tempus agnoscendum est necessarium. Accessiones uero an per tertium uel per quartum uel singulis diebus, siue quæ hora diei aut noctis sunt inuasuræ. Quod uero circa finem aphorismi scribit, deinceps uideamus, si ad eorum quæ nos diximus faciunt declarationem: sic enim Hippocrates inquit, Et circuitu successiva incremēta, siue quotidianæ, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant. Clarum est autem ipsum intelligere per circuitu incremen ta, accessionum augmenta, quæ in ipsis eueniunt, ex quibus ostendi & morbi augmentum, & futuri uigoris tempus præfinitum, hinc discere possis. Secunde accessionis ad primum, incrementum in hisce tribus configitur, in hora qua fit accessio, in longitudine accessionis, & in magnitudine; nihil autem differt, si etiam in uehementia dixeris, quia hæc duo nomina sunt apud medicos usitata, & saepius ea de re eadem pronuntiantur

tianitur, cum aliquando dicunt maiorem fuisse febrem ea quae præcessit, aliquando uehementiorem. Contingit autem hanc febrem uehementem, uel æquales horas cum præcedente obtinere, uel pauciores, uel plures, quod ad magnitudinem non pertinet, siue uehementiam accessionis, sed prolixitatem. Per accessionem autem te oportet intelligere deterius tempus totius circuitus, quod est à primo insultu usque ad tempus consistendi, sicut reliquum tempus declinationis est melius. Cum itaque accessio, siue per tertium, siue per quartum, siue quotidie fiat, similem anticipauerit proportionem, atque ita anticipando ad longius exteditur tempus, atque insuper uehementius affixerit, tunc manifestum est morbi augmentum, quantum autem augeatur unum ex dictis sua quantitate monstrabit. Si quidem accessio pluri tempore anticipans, & longius atque etiam uehementius affligens, effatu dignum indicabit augmentum, & uelocem esse morbi motum, atque haud ita multo post in suo uigore futurum. Nec enim fieri potest, ut magna incrementa suscipientibus accessionibus non proxima sit morbi consistentia. Contraria autem accessio, quæ scilicet parua faciat incrementa, omnium eorum quæ diximus, quantum ad hoc attinet, longius distare futurum morbi uigorem ostendit. Hoc igitur ipsum per circuitum incrementa discemus, conjectura scilicet assèqui potest quantum tempus morbus in suo uigore consistet, ac præterea horam præfinitam qua accessio inuasura sit. Conducit autem prima cognitione ad formam totius uictus constitutædam. Secunda uero ad temporum particularium cognitionem, in quibus cibis est dandus, quorum intentiones ipse ab initio docere proposuit. Quod autem circuitum uocet similem ad idem redditum, neminem puto dubitare. Sed & ex his quæ mox apparent ait conjecturandum esse de accessione, & totius morbi cōstitutione. Siue autem casus, siue signa, uelit quispiam illa quæ mox apparent nominare, nihil retulerit. Illud autem de omnibus casibus signis ut est cognoscendū, quod nonnulla quidem eorum significant passionem, aliqua absident, aliqua decernunt, ac iudicant, aliqua coctionem, aliqua cruditatem, aliqua salutem, aliqua perniciem ostendunt. Passionis significativa sunt quæ una cum morbo inuadunt. Quæ uero assident, aliquando simul inuadunt, aliquando superueniunt, nonnunquam uero neque omnino ueniunt. Nec enim sunt à morbo inseparabilia, neque eorum substantiam constituant, sed proprias faciunt differentias. Quæ uero ab Hippocrate discernentia, siue iudicantia uocantur, cum primo exquisite morborum principio, non sunt apta natura inuadere. Cum duobus alijs autem apta natura sunt. De quibus paulo postea dicemus. Aliquando uero neque in his, sed cum morbi augmentur, aut iam cōsistunt appetit. Signa uero coctionis inuadunt quidem, & ista nunquam in primo statim morbi principio. Terminat aut illud principiū quod est pars totius morbi. Signa uero cruditatis cum primo morbi principio statim inuadunt, & nonnunquam posterius apparent, sicuti & mortis signa. Nam & horum generatio morbi principiū subsequitur. Morbi aut principiū intelligi volumnus, ut in cōmentarij De crisibus manifestauimus, & primū eius insultū, qd nullā habere latitudinē dicitur, & id quod est sicuti pars totius morbi, quando in principiū diuiditur, augmentū, & tempus consistendi, & declinationē, & aliud, quod usque ad tertium extendit diem. Sed & in eadē tractatione docuimus, omnium casuum potestes, & simul quæ expositione indigere uidebanū uerba Hippocratis ad hoc pertinetia, exposuimus. Sed & nūc per modū cōpendij de ipsis à nobis dīcēt: qui uero uoluerit totā Hippocratis arte circa ista perdiscere, ad illā uadat tractationē. Ex apparētibus igit̄ totā iubet morbi constitutionē conjectari, & inde quandā morbi specie in mediū adducendi ita inquit, Veluti in lateralī morbo, si circa initia statim sputū appareat, morbus inchoantē breuirat, si uero postea appareat p̄ducit. Quod aut̄ scribit possis discere manifeste, si tibi apposuit̄ rim ex tertio libro Epidemiarū, quæ ipse de Anaxione scribit, morbus lateralē patiente, quē etiam ægrotū ego in primo libro De crisibus mea expositione patefecit, uerba autē Hippocratis hæc sunt. In Abderis Anaxiona qd iuxta portas Thracias habitabat, febris acuta inuasit, lateris dextri dolor cōtinuus, tussis sicca, neque primis diebus expuebat alii quid, sibiūdū, per uigil, urinę bene coloratę, multę, tenuę, sexta die delirauit, neque calefaciētia aliquid proficiebant: septima die magis laborabat, quia febris intēdebatur, neque dolores cōminuebantur, & tusses infestabant, & difficulter spirabat; octaua uenā in cūbito secui, sanguis plurimus fluxit, & qualē oportuit, dolores aliqua ex parte cessarunt,

ucrum

uerum tusses siccæ subsequebantur. Undecima die febres decreuerunt, parum circa caput sudauit, tusses & quæ à pulmone humídiora, die decimo septimo coepit paucum quid coctū expuere. Vigesimo die sudauit, & desit febricitare. Post crismū leuatus est, & siti premebatur, & quæ ex pulmone purgationes, non erant admodum bona. Vigesimo septimo dñe febris redit, tussit, multa concocta educebat, urinis plurimum sedimen album, sitis cessauit, & bene spirabat. Trigesimo quarto die sudauit totus, & post crismū omnino ex febre conualuit. Hic igitur Anaxion ab initio morbi lateralem patiebatur, non tamen ab initio expuebat, sed & octavo die adhuc tusses siccæ subsequebantur, ut inquit Hippocrates. Quare rationabiliter totius morbi solutio ad trigesimum quartum diem extenta est, cum tamen magna ex parte lateralis morbus terminum sua iudicatio nis habeat quartum decimū, & si non hunc, saltem omnino vigesimum. Quod si ante tertium diem expuisset, uel circa septimum, uel nonum, uel undecimum diem, iudicatio esset subsecuta, & si in ipso die tertio spuere coepisset, quartū decimū diem nō transcedisset. Hoc enim accidit in omnibus inflammatiōibus, quæ non teguntur operculo deniore, ut in his quæ exteriōrem occupant cutem, quādam saniem refudare, ab initio tenuem: postea uero si coctionem accipiat, & ad melius proficiant, crassiorem, & ex hac ipsa crassiore aliquā esse magis concocta, aliquā uero minus. Hoc idem in omnibus inflammatiōibus, quæ uel os uel oculos infestant, licet intueri: nec minus in quačq; alia corporis parte, quando pars aliqua interior simul cum cutis diuisione patitur inflammationem. Nam ex huiuscemodi ulceribus sanies profluit talis, qualem ego dixi. Quando igitur aliqua fuerit inflamatio cum tanta meatū angustatiōe, ut nihil extra effundatur, necesse est illam esse & coctū difficultē, & longo tēpore perdurare. Hac igitur ratione & in morbo lateralī (qui & ipse est ex genere inflammatiōnū) attendere oportet signa coctionis. Nam crudissimus morbus est, in quo nihil omnino expuītur. Secundū ordinē obtinet ille, in quo sanies tenuis est. Tertium, in quo crassior. Et quartum in quo perfectam habet coctionem. Verum si hæc circa tertium uel quartū diem apparuerit, non continet morbum transcendere septimū diem: in alijs uero singulis necesse est, ut pro coctionis modo, mensura temporis consequatur. Sicuti igitur Iputum, perfectæ coctionis est signum, quando album fuerit & lene & equale consistētia, neq; nimis humidum, neq; nimis crassum, eodem modo integrum cruditatē ostēdit, quod nullo modo expuītur. Quod si expuratur, & tenue adhuc fuerit, debilis coctionis est signum. Quod si impermixtū fuerit, uel flauum, uel rufum, haud quaquā bonum. Quod si liuidum fuerit, aut ærugini simile, aut nigrum, pernicioſissimum existit. Cum itaq; a nobis distincta sint signa coctionis & cruditatis, & præterea tertium genus exitialium, illud scire oportet, quod signa coctionis semper sunt bona, ut qua morbi solutionem haud ita multo post futuram ostendunt, sicuti & genus signorū exitialium mortem ægrī citam prænūciant. At uero signa cruditatis diutinum quidem ex necessitate morbum significant, sed quantum in ipsis est, hec moriturum, neq; euasurum ē morbo hominem ostendunt. Tibi uero prius ratiocināti, & ægroti uires expendenti, etiā ex his licet præcognoscere. Aliud est signorum genus quæ crisma, id est iudicatoria ab ipso nominantur. Sunt autem hec, sudores, sanguinis fluxus, & rigores, multum alii profluuium, & similis uomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas spirandi præter rationem & uehemens, uel cordis morsus, illa citra dolorem extenta, uigilæ plurimæ, delirium, & nox absq; ratione molestæ, & accessio anticipans, & lachrimæ inuoluntariae nō patientibus oculis, neq; ex tristitia prouenientes, rubor faciei, & labrum inferius agitatum, lucida, uel obscura, & te nebrofa quædam ante oculos obuersantia, & allūcinationes quædam, & malæ, uel nasus repente rubescentes, parotides, aut omnino materiæ alicuius in articulum decumbentis generatio. Hæc igitur omnia, & præter hæc alia multa huiuscemodi secundum propriam eorum substantiam casus nominata, quatenus uero subitanam mutationē ostendunt signa crisma, id est iudicatoria appellata, duplē tibi præstabunt præcognitionem. Si quidē morbo iam coctū superuenerint, futuram statim sanitatem denūciant. Si uero crudo adhuc morbo, iudicationem non bonam, quæ scilicet aut ad perniciēm agat, aut in longum tempus morbum producat. Quod uero alia sit natura horum signorum quæ crisma, id est iudicatoria nominantur; alia uero eorum quæ coctionem significant, hinc

discere possis. In primo libro Epidemiarum inquit Hippocrates, Coctiones iudicatio-
nis celeritatem, securitatem salubrem significant. Cruda uero & incosta, & quæ in ab-
scessus malos conuertuntur, iudicationum carentias, dolores, uel tempora, uel mortes,
uel reciduas ostendunt; si quidem in uniuersum collaudauit morbi coctionem. In libro
aut qui Prognostica inscribitur, particulatum in hunc modū simul docēs, ipsius indicia.
Vrina autem optima quando sedimentum album, leue, & reuale fuerit, in tempus om-
ne donec morbus terminetur. Significat enim salubrem securitatē, & morbum paucō
tempore duraturum. Sic rursus laudauit urinam monstrantem coctionem in uenoso ge-
nere. Rursus autem cum dicit, alii excremētum optimum esse, quod molle, consistens,
& hora excretum, qua solet cum sanitas adeat, indicia coctionum uentris simul collau-
dat, & docet. Sic & eam, qua sit in membris respirationi seruientibus coctionem simul
collaudans, ac docens, in hunc modum scribit. Sputum oportet in omnibus doloribus,
qui pulmonē, & costas infestant, celeriter, ac facile expui, flauitem fortiter sputo com-
mixtam apparere. Coctionis igitur signa semper bona sunt, iudicationis uero signa non
semper. Sic ergo inquit, signa crīsima, id est iudicatoria, non iudicantia aliqua mortem,
aliqua difficultem iudicationem portendunt. Et quidem cum ait, quæ ad melius iudicant
non confessim apparere, per hæc uerba eandem profert sententiam. Nam coctionis si-
gna quo tempore apparent, bona sunt, semper enim eorū uniuersum genus optimum
existit. Non ergo repugnat illud quod nunc dicitū est, in morbo lateralī sputum statim
apparere, illi alteri quod dicitur, signa iudicantia ad melius non statim apparere: nam si-
gna iudicatoria nonnunquam mala fiunt, signum uero coctionis nullum unquam pra-
eūrum fuit, sed omnia optima semper, & tanto citius ægrum sanitatem recuperaturum
ostendunt, quanto citius apparuerint. Hæc dixisse sufficiat per modū compendij, quan-
tum ad præsentem attinet locum. Totam uero ex istis antiqui magistri sententiam, in li-
bro De crīsib⁹ exposuimus. Ut uero ex me sermo quem nuper dixi secundum diuisio-
nem perfectus habeatur, quomodo à dictis differant, & quæ passionis significatiua, &
quæ assidentia dicuntur signa, iam uolo transfigere, unam in medio adducens pro exem-
plo passionem, hanc ipsam uidelicet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igitur la-
terali, acuta quidem febris, unā cum spirandi difficultate, & tussi, & dolore lateris pun-
genti simili, signa passionis significatiua nominātur. Quod autem dolor, aut ad ilia, aut
ad clavim perueniat, assidentia dicuntur, sicuti quod facilius in latus patiens, quām in al-
terum decumbat æger, ad idem genus assidentium attinet. Scripsit autem & Nicandro
Praxagoras duo uolumina de assidentiis signis. De his autem quæ superueniunt alte-
rum, sicuti si de mox apparētibus inscriberetur. Hæc igitur Mox apparētia inquit Hip-
pocrates, & bonam morbi iudicationē, & malam, morbumq; uel longum, uel breuem
futurum ostendere. Meminit autē non solum sputorum, sed & urinarum, & excremen-
torum alii, & sudorū, ea scilicet quæ sunt in libro Prognostico scripta, nobis exemplo
subiiciens, quæ ad hunc locum transferre sit superuacuum: nam de his in libro De crī-
sib⁹ diximus, & in commentarijs in Prognostica, in quibus adhuc magis magistri anti-
qui sententiam explanauiimus.

BRASAVOLVS

G A L E N V S in hoc amplissimo commento, & per exempla, & per rationes quibus
accessiones & constitutiones cognoscantur, edocet. primo autem iubet, in memoriam
reuocanda esse illa quæ de uictus ratione prius dicta fuerunt: nam ad duo uictus ratio-
nem & figuram referebat, ad ægrotatis uires, & ad morbi constitutionē; nam quicunq;
sit morbus quando est in uigore, in consistentia esse dicitur. Hæcq; sunt uniuersales ui-
ctus rationes, sed particulares ciborum oblationes ex accessionibus coniecturabuntur.

Quod legitur, Quarum altera erat uis ægrotantis, & constitutio morbi, legēdum est,
Quarum altera erat uis ægrotantis, reliqua, uel altera constitutio morbi, Græce uero le-
gitur τὴν τὸν διάφανον τὸν καρκινοῦντον τὸν νοσούμενον.

S E C U N D O docet, cum ad perfectam uictus rationē tres intentiones sint, uis ægra-
tantis, morbi constitutio, & particularis accessio, Vires, ex pulsu statim comprehendun-
tur, & ex alijs quæ ipse in libris Prognosticorum edocuit. Aliquis forte dicere posset, ui-
rium magnitudinem esse incōprehensibilem. At isti saltem hoc concedent, Si non po-
terunt

terunt ad libellam haberi, quadam artificiali coniectura habebuntur ueritati propinqua.

TERTIO, dubitationem quorundam ponit, qui putarunt morbi cōstitutionem & particulares accessiones, quales nam sint nō posse dignosci. Sed Galenus his respōdet, Hippocratem non id sentire quod ipsi sentiunt:nam & in horum cognitionē ſepe uenit exquiste & scienter, ſape coniecturaliter:non tamen inartificioſe, neq; longe à ueritate. Hæc autem ab Hippocrate in Prognosticorum libris, & Epidemiarum latius ſcripta ſunt, & in nostris commentarijs à nobis illorum librorum, & in libro primo De criſibus. Sed iſta ab Hippocrate nunc per capita tradūtur, nos uero quām breuius fieri poterit eadem capita enodabimus. At ſi quis omnia diligentius habere ſtudeat, noſtrum De criſibus librum perlegat.

QUARTO, ad id quod promiſerat, peragendum accedit: Morbi inquiens accessiones & constitutiones ostendunt, ut (exempli gratia) in intermittentibus febribus, tertiana παχυκρόνιο, id est cito iudicij eſt, uel (ut Leonicus dicit) cito terminatur. Quotidiana uero longa eſt: quartana uero longissima. In non intermittentibus uero, λεπτοδές, id est incendentes, uel incenſa, acutæ ſunt: nam ex materia biliola fiunt. Typhodes aut, id est succendentes longiores ſunt. Inter has mediæ ſunt μετατρεπο, id est ſemiteridianæ.

Quod legitur, Ipsi quoq; morbi & accessionum ſimiles proportiones, legendum eſt, Ipsi igitur morbi & accessionum proportiones, nam Græce eſt, αὐται τε ουν δι νοση, καὶ τοι τὸ προφντομεθύ πολιόδυνα ἀνελόγος.

QUINTO docet, ſi quis cognoscere uoluerit hæc febrium genera statim in primo iuſlū eius, ſecundum De criſibus librum legat: nam non ſunt repetenda quæ alibi bene relata ſunt: ſed ſatis eſt, illa ad memoriam reuocare. Ad rem igitur. Si quis in principio tertianam inuadentem cognouerit, etiam ſciat & cito terminaturam eſſe, & suas accessiones per tertium habiturā: & hoc eſt quod ab Hippocrate dicitur, Morbos, accessiones & constitutiones indicaturos; docetq; Galenus, quod statim prima die & prima iuſlione quartanam febrem cognouit, tertianam & quotidianam. Itaq; prima die conuenientem uiuctus rationem ordinauit, in omnibus hiſ futurum uigorem metiens.

Qd legiſt, Secundū propriū terminū metiētes, hæc pars, ſecundū p̄priū terminū: Græce eſt, τὸ τῶν οἰνέων πεδούλια, id est, ſecundū p̄priū præfinitū tēpus, uel ſecundū p̄priā legē.

SEXTO docet, idem eſſe in alijs morbis quod & in febribus eſt: nam morbus lateralis, peripneumonia & phrenitis, acuti morbi ſunt. Angina uero, cholera, neruorū diſtentio peracuti ſunt: aqua inter cutem, atra bilis, ſuppuratio & phthisis diuitiæ ſunt, ex quibus constitutionem cognoscimus. Accessiones uero, quia morbus lateralis & phrenitis, ut plurimū de tertio in tertium uexant. Suppurationes uero quæ uentri eueniunt, aut hepati & phthisi quotidie, & præſertim accedunt febres uerſus noctem. Qui uero ex liene laborant, & ex atra bile, per quartum accessionem habent.

Quod legitur, Angina autem & iuxtagina, Græce eſt, στυγάλχη, καὶ λαυάλχη, id eſt, synanche & cynanche. Haec ſunt duæ anginæ species, prima in intrinſecis olophagi musculis, ſecunda in intrinſecis fauicium uel gutturis. Sunt duæ alia species, παραστυγάλχη, & παρακαλχή, id est parasyنانche & paracynanche: omnium deterrima eſt cynanche; hic non poſtumus interpretari per λαυάλχη iuxtaginam; ſed melius eſt uti Græco uocabulo, ut res melius exprimatur. De hiſ uero quatuor ſpeciebus in tertio libro horum commentariořum à nobis ubertim ſcriptum eſt.

SEPTIMO docet, quod illa quæ de anni temporibꝫ adduntur, ad morbos & ad accessiones & cōſtitutiones referenda ſunt: nam non eſt ſatis quod quispam cognouerit primum quartanæ iuſlum ad uiuctus rationem iuſlitudinem, ſed opus eſt ſcire an uere uel aſtate uel autūno uel hyeme cooperit: quoniam (ut inferioris edocebit) aſtiaue quartanæ magna ex parte breues ſunt, autūnales longæ, & maxime quæ hyemem attingunt, imo & tertiana febris, quæ ſuapte natura cito terminatur, citius in aſtate quām hyeme finem habet: nam aſtas morbis celeritatem addit, hyems tarditatem. Adde q; accessiones per tertium magna ex parte aſtate fiunt, per quartum autumno, quotidie hyeme.

OCTAVO docet, id quod dictum eſt de anni tēporibꝫ, etiam intelligentū eſſe per proportionem in temperaturis: quāuis nihil hic dicat Hippocrates, ſed alibi: & de induſtria uitæ, ſive exercitio, & de affluetudine, & de ambientis aeris tēperatura, & de aetate

agrotantes. Ex his omnibus & morbi constitutionē & accessiones cognoscemus: constitutionem quidem si morbus fuerit peracutus uel diutinus: ex hoc enim summum uitorem comprehendimus. Accessiones uero, an per tertium uel per quartum: uel singulis diebus, uel qua hora dīci aut noctis sint inuisurae.

Quod legit, Industria uitæ: Græce est τὰ ἀνδρεῖα, idest instituta, exercitia, studia, Quod etiam legitur. Et aeris ambientis qua tunc uagatur, temperatura. Græce est, καὶ τὸ πεζεῖται τὸ θερμόν λεπτόν.

N O N O Galenus ad illam partem exponendam se conuertit, & circuituum ad inuisum incrementa: per circuituum incrementa, accessionum augmenta qua in ipsis eveniunt, intelligit: ex quibus & morbi augmentum, & præfinitum uigoris tempus intelligit. Scito tamen secundæ accessionis ad primam augmētum in tribus consistere, in hora in qua fit accessione, in longitudine accessionis, & in magnitudine uel in uehementia: nam apud antiquos est hic usus, ut quandoq; dicant uehemētiorem febrem, quandoq; maiorē. hæc autem febris uehemens quandoq; æquales horas habet cum præcedente, quādoq; pauciores, quādoq; plures: hocq; nō spectat ad uehemētiā, sed ad prolixitatē.

Quod legit, Contingit aut hanc febrem: Græce est, φυσικέλενη, idest cum contingat.

D E C I M O, notat Galenus in hoc aphorismo intelligendum esse per accessionem deterius tempus circuitus: principium scilicet, augmentum, & statum. Reliquum enim est declinatio. Cum ergo uidebis sequentes accessiones anticipare, & ad longius tempus extendi, etiam si anticipent, & uehementis affligere, iudica morbi augmentum: quantum uero augeatur unumquodq; prædictorum sita quātitate ostendet: nam accessione multum anticipans, & longius atq; uehementis affligens, effatu dignum augmentum significabit, & uelocem esse morbi motum, & cito in statum peruenturū: nam fieri non potest, si magna sint incrementa, quod uigor propinquus non sit: econtrario, si accessione habeat in omnibus parua crementa, distabit morbi uigor. Vnde per circuitum incrementa discessimus assequi conjectura: post quātum tempus morbus in suo uigore consistet, & præfinitū horum accessionis: primaq; cognitione ad uniuersalem uicissim formam instituendam conductet: secunda ad cognitionem particularium temporum, in quibus cibis est dandus: nam ab initio hæc edocere proposuerat. Notaq; in hoc loco per circuitum intelligere similem ad idem redditum.

Quod legitur, Per accessionē autem te oportet intelligere. Adde particulam Nunc, hoc modo: Per accessionem autem te nunc oportet intelligere, nam Græce est, παραγόντων δὲ ἀνοίξεις σε νῦν γένεται.

Quod etiam legitur, Vnum ex dictis sua quantitate monstrabit, legendum est, Vnum quodq; ex dictis sua quantitate monstrabit, uel, Vniuersitatisq; dictorum quantitas monstrabit, Græce enim est, τὸ καὶ ἔκαστην τὸ εἰρημένων πάσην.

Quod etiam legitur, Parua faciens incrementa. hæc particula Incrementa, Græce est, τὰ πεδίνας.

Quod etiam legitur, Coniectura scilicet assequi potest, quantum tempus morbus in suo uigore consistet. hæc particula Potest, legi debet Post, & debet coniungi cum sequentibus, ut sensus fiat. Post quantum tempus morbus in suo uigore consistet. Nam Græce dicitur, μετὰ τῶν ιστού χρόνον οὐ ἄκουει τὸ νοσήματος. Ex quo uidere potes quantum differentiam fecerit interfecta literula in sensu.

V N D E C I M O ad ea que mox apparent, exponenda Galenus descēdit: nam & ex his siue symptomata nomines, qua calus à Leoniceno interpretantur, siue signa, nihil refert, modo scias ad accessiones & constitutiones cognoscendas proficere: Galenusq; omnia signa, siue symptomata, in tres partes diuidit: in παθογνωμονική, in συνασθετορ, & in λειτουρ, idest in passionis significativa, in assidentia, & in decernentia siue iudicantia, qua uel coctionem uel cruditatē uel salutem uel mortem ostendunt. Passionis significativa, cum morbo inuadunt. Assidentia quandoq; simul cum morbo inuadunt, quandoq; superueniunt, quādoq; omnino non uenient: nam possunt à morbo separari, neq; morbi substantiam constituunt, sed proprias faciunt differentias. Iudicatoria uero non sunt apta cum primo exquisite morborū principio inuadere, sed cum duobus alijs sunt apta natura; aliquando uero in augmēto & statu apparent. Signa autem coctionis nunquam

quam in primo statim morbi principio inuidunt, sed πολλοὶ, id est determinat principium universale morbi. At cruditatis signa cum primo morbi principio apparent, sicuti ligna etiam mortis: horum enim generatio morbi principiū sequitur. Intelligit uero Galenus per morbi principiū, & primum morbi insultum indiuisibile, ut in libro De crisibus docuit, & morbi partem, ut cum morbus in quatuor tēpora distinguitur, principiū, augmentū, statum, inclinationē, & spatium trium dierum. At si quis hæc & omnīū symptomatum potestates recte percipere uoluerit, ad illum De crisibus tractatum se conseruat. Hic igitur ex mox apparentibus totam iubet morbi constitutionem coniectari.

Quod legitur, Nec eorum substantiam constituant, legi debet, Nec eius ueluti substantiam constituant, nam illa particula Eorum, refert morbum in singulari: quāuis contextus Græcus Eorum, dicat: nam ita habetur, οὐ τὰ οὐρανά στοιχεῖα αὐτῶν σωτηρίου. Vel forte illa particula Eorum, debet referri ad ipsa signa.

Quod etiam legitur, Nam & horum generatio, morbi principiū subsequitur. Græce est, οὐ γάρ οὐ τότεν ἡ γρίπης ή νύσσης ή τοι νοσήματος εἰδέχεται.

Quod etiam legitur, Ex apparētibus autem, legi debet, Ex mox apparentibus, Græce enim est, οὐσιών τὴν φανερούσιον.

D V O D E C I M O Galenus refert, casum Anaxionis, tertio Epidemiorum libro ab Hippocrate positum, qui primis diebus non expuebat: coepit autē expuere humidiora undecimo die: septima decima die nescio qd cocti expuere coepit, uigesima die à febre levatus est: tamē rediit uigesima septima die: trigesima quarta die totus sudans liberatus est, Galenus eundem calum refert in libro De crisibus, & in secundo De diebus decretoriis. Cum ergo primis diebus non expuisset; nō mirum si morbus prorogatus est usq; ad trigesimum quartū diem, quum eius natura sit in quatuordecim diebus iudicari, uel faltem in uiginti: nam hoc semper inuenies in inflamationibus quæ non teguntur operculo densiore, ut in ijs quæ exteriorem occupant cutem, primo sanies quedam refudat, deinde paulatim coquit, & crassior fit; itaq; aliqua est magis cocta, aliqua minus. Idem euenit in intrinsecis nostri corporis partibus: quando uero aliqua fuerit inflamatio cum tanta meatuum angustatione, ut nihil extra effundatur, necesse est illam esse coctū diffīcilem, & longo tempore perdurare. Eadem est ratio in morbo lateralī, qui est ex genere inflammationū. Crudissimus est morbus, in quo nihil expuitur: in secundo ordine est ille, in quo sanies tenuis: in tertio ordine, in quo crassior: in quarto, in quo perfecta coctio. Si hæc circa tertium diem apparent, uel circa quartum, morbus septimum diem non transit: in alijs autem, secundū coctionis modum mensurā temporis accipere oportet. Sed alicui forte dubium uideretur, quomodo Anaxion absq; febre fuerit, eo adhuc in lateralī morbo persistente; nam uigesimo die cessauit. Respondendum, concocta materia in lateralī morbo febrem desinere; deinde quia locus Iesus est, materia aliqua in loco colligitur, quæ corrupta, antequam concoquatur, febrem iterum inducit: experientia enim uidemus, in lateralī morbo, nondum expurgata materia febrem cessare.

Quod legitur in casu Anaxionis, Vrina bene colorata: Græce legitur in prima nostrī antiqui contextus lectione, οὐτε δὲ ἀλλοτε. id est, Vrina autē sine colore. Sed in secunda lectione, & in Aldino contextu, & in contextu Hippocratis in tertio Epidemiarum legitur, οὐτε δὲ ὅλη. puto Leonicenū hunc contextum habuisse, quem magis probos.

Quod etiam legitur, Sexto die delirauit. Græce est, ἐκτὸν παρελθεῖται.

Quod etiam legitur, Septimo die magis laborabat, quia febris intendebatur. Græce legitur, ἑβδόμην ἵππον θετεῖ, οὐ ποτὲ πυρεῖται.

Quod etiam legitur, Non erant admodum bonæ. simpliciter legendum est, Non erant bonæ. οὐ καταστατι.

Quod etiam legitur, Et bene spirabat. οὐτονοματι legitur in aliquibus contextibus: in alijs, οὐτονοματι. In Epidemij scriptum legimus, οὐτονοματι.

Quod etiam legitur, Quandam saniem. Græce est, πνεῦμα ἢ βροτεῖον. Plerimque uero in hoc nostro commētario scriptum est, aquosam illam substantiam, quæ ulcera exit, ἢ ὡραίᾳ Græcis nuncupari.

D E C I M O T E R T I O de sputis differit, ostendens quæ perfecte cocta, & quæ non. Album, lene & equale, neq; crassum, neq; humidum perfecte coctū est. Quod non expuitur

expuitur cruditatem omnino ostendit. Si tenue sit, debilis coctionis est signum. Si immixtum fuerit, uel flauum, uel rufum, non bonum; tamen non significat perniciem. Si lividum, aut aerugini simile, aut nigrum, perniciosissimum existit. Notatque signa coctionis semper esse bona. Signa exitialia, semper mortem significant. Signa uero cruditatis sunt indifferētia: nam quantum in ipsis est, neque salutem, neque mortem argui significant; sed tu in hoc deuenire poteris, uires agroti expendens. De sputis uero apud Hippocratem multa habentur in primo libro De morbis, & in tertio.

Quod legitur, Quod si impermixtum fuerit, uel flauum, uel rufum, haudquaquam bonum: Graece est, εἰ δὲ ἀκρατηπός εἴη, οὐ καθάριος, οὐ πιεζόμενος, οὐ καρδιῶν. Nota id uocabulum ἀκρατηπός, quod impermixtum Leonicenus interpretatus est, significare purum, immixtum. Intellige uero sputum esse humorem unum solum, & alijs non mixtum. Sicuti & in septimo libro, aphorismo uigesimali tertio, uocat detectionem syncerā illam, quae non est permixta aquosae humiditatē, sed est purus humor.

D E C I M O Q U A R T O Galenus aliud genus signorum iudicatoriorū enumerat, quae sunt sudores, sanguinis fluxus, rigores, multum alii profluuum, multis uomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas spirandi præter rationem, & uehemens cordis mors, hypochondria citra dolorem extenta, uigilie multæ, deliria, nox absq; ratione molesta, accessio anticipans, lachrymæ inuoluntariæ nihil patientibus oculis, neque ex tristitia prouenientes, rubor faciei, labrum inferius agitatū, lucida uel obscura & tenebrosa quædam ante oculos obuersantia, & hallucinationes quedam, & male uel natus repente erucentes, parotides, aut materia aliqua decumbens ad articulos. Hæc omnia quæ symptomata uocantur, ut mutationem subitam ostendunt, signa iudicatoria nuncupantur, quæ duplēm præcognitionem præstant: nam si morbo iam cocto superueniant, futuram sanitatem ostendunt. Si uero crudo adhuc morbo, iudicationem non bonam ostendunt, nempe uel mortem, uel morbi longitudinem.

Quod legitur, Multum alii profluuum: Graece est, καὶ γαστὴρ πεπλεγμένη πολλῶ. Alter contextus habet, πολλῶ.

Quod etiam legitur, Ilia citra dolorem extenta, lege Præcordia; nam Graece dicitur, ἔποχονθυμία. Celsus uero hypochondria, præcordia interpretatur, non ilia: nam ilia sub præcordiis sunt, ut in tertio libro ubertim ostendimus.

Quod etiam legitur, Vigilie plurimæ: Graece est, ἐξευπνιατε σφοδρά.

Quod etiam legitur, Et labrum inferius agitatū: Graece est, Καὶ πεπλεγμένη χεῖλος στενός.

Quod etiam legitur, Lucida uel obscura & tenebrosa quædam oculis obuersantia & hallucinationes quedam: Graece est, ὁρατώσθω τὸ πεφανεύθρα τὸ οφθαλμῶν, οὐ μαρτυρυγά ινδον.

Quod etiam legitur, Quatenus uero subitam mutationem ostendunt: Graece est, περιόπτης μεταβολῶν ὁμορόπον δηλοῖ.

Quod etiam legitur, Futuram statim sanitatem denuntiant. Hæc particula Statim, Graece est ἔποχην, idest propinque.

D E C I M O Q U A R T O Galenus ex Hippocratis uerbis ostendit, signa iudicatoria aliam naturam habere, q̄ illa quæ coctionē significant, nam Hippocrates in primo Epidemiorum dicit, coctiones iudicationis celeritate, securitate, salubrem significat. Cruda uero & incocta, & quæ in abscessus malos contortuntur, iudicationū parentias, dolores uel tempora uel mortes uel reciditas ostendunt. In hoc loco Hippocrates universaliter morbi coctionem laudauit. In libro uero Prognosticorum particulariter, ita ipsius indicia scribens: Vrina optima est, quādo sedimentū album, lene & æquale habuerit, & semper est optima, donec morbus terminetur: nam significat salubrem securitatem, & morbum breui terminaturū, sic rursus urinam laudauit, quæ in uenis & uenosis locis coctionem demonstrat. Quum etiam addit, alii excrementum optimum est, quod molle est consistens, & hora consueta excretū, eodem modo in membris respirationi seruentibus laudat coctionem, dicens, sputum in omnibus pulmonis, & costarum doloribus debet celeriter expui atq; facile, & fluitatem fortiter sputo commixtam apparere: unde potest habere hanc differentiam, quod signa coctionis semper sunt bona, sed signa iudicatoria non iudificantia, aliqua mortem, aliqua difficultem iudicationem portendunt. Additq; illa quæ ad melius iudicant, non confessim apparere. Ex quibus uerbis idem colligitur,

De signis

De signis autem coctionis quocunq; tempore apparent, semper bona sunt. Nec putes id quod in aphorismo dicitur, in morbo lateralí sputum statim apparere, illi repugnare, quod dicitur, Signa iudicantia ad melius, non statim apparere, quia signa iudicationis quandoq; mala sunt. Signa uero coctionis semper sunt bona: & tanto citius ægrum sanari debere ostendunt, quanto citius apparuerint. Hæc uero nunc brevibus fatis sint, quæ explicatiæ in libro De crisiis à nobis exposita sunt.

Quod legitur, Cruda uero & incocta, & quæ in abscessus malos conuertuntur: illa particula In abscessus malos, in aliquibus contextibus legitur ὅτι μακρὰς ἔρεσίν εἰσι. idest, in abscessus longos. At in nostro antiquo contextu, & in Aldino, & in libro Epidemiorum legitur, ὅτι μακρὰς ἔρεσίν εἰσι, ut Leonicenus legebat.

Quod etiam legitur, Alui excrementum optimum esse, lege Optimum est: nam Græce legitur, οὐαχένημα δὲ ἔρισον θάνατον.

Quod etiam legitur, Flauitatem fortiter sputo cōmixtam apparere. Græce habetur, ξυμμαχιῶν ωραῖον φάνεται τὸ ξανθόν ιχνεύειν πρόπτερον. idest, Flauum quid sputo fortiter commixtum apparere.

Quod etiam legitur, Nam coctionis signa, quo tempore apparent, bona sunt: Græce est, τὰ γε τὸ πεῖρων σημεῖα περὶ ὅμοιαν τὰ φάνεται χρονού ἀγαθά. idest, Nam coctionis signa, quocunq; tempore fiant, bona.

D E C I M O S E X T O, ut Galenus per exemplum ostendat, quæ nam sint signa illa superius ab ipso passionis significativa nuncupata, & quæ assidentia, quum de iudicato rīs dictum sit, accipit exemplum Hippocratis in lateralí morba, inquietis, Acuta febris, tussis, spirandi difficultas, lateralís dolor pungitius, signa passionis significativa vocantur: sed dolorem peruenire ad hypochondria uel ad clauem, aut ægrum in ægrotante latere iacere non posse, signa assidentia sunt. Praxagoras duo uolumina fecit de assidentiis signis, de superuenientibus uero unum: qui idem est, ac si de mox apparētibus scriberetur. Hæc igitur mox apparentia, ut ab Hippocrate dicitur, & bonam morbi iudicationem & malam, & longitudinem uel breuitatem morbi ostendunt.

Quod in hac parte legi, Ilia: legendū est Præcordia, nam Græce habet ξυρχόνεια.

Quod etiam legitur, Scrispsit autem & Nicandro Praxagoras duo uolumina de assidentiis signis. Postea sequitur, De ijs autem scriberetur. In hac parte desunt multa uerba: nam Græce ita habetur, Τὸ δὲ ἀδιγυνομέλιων γῆ ἐπορούσσει καὶ ἀλφανομέλιων ἐπιγέρασθαι. idest, De ijs autem quæ superueniunt unum alterū, ac si de mox apparentibus scriberetur. Deniq; Galenus refert, Hippocratem non solum de sputis mentionem fecisse, sed & de urinis, & de alui excrementis, & de sudoribus: quæ omnia in libro Prognosticorum scripta sunt. Superuacuum uero effet illa nos huc afferre: propterea tu ad nostrū De crisiis librū te conferas, & ad nostra in libros Prognosticorū cōmentaria,

Senes facillime iejunium ferunt, secundo loco qui etatem consistentem habent, minus adolescentes: omnium minime pueri, presertim qui inter ipsos sunt uiridiores.

B R A S A V O L V S •

De ætatum cognitiōe plura ab Hippocrate in libro De uictus ratione scripta sunt, quem tamen librum Galenus ab Herophilo æditum putauit: at cuiuscunq; sit, nos eius uerba referre nō pigebit: inquit enim, Puer quidem calidis & humidis commixtus est, quoniam ijs constitit & crevit: nam calidissima & humidissima sunt, quæ proxima generationi sunt, plurimumq; crescunt, hisq; accedentia similiter. Calidus quidem est adoleſcens, quod ignis aquam superauit: siccus autem est, quod puerile humidum coniumpit, iam est, partim in corporis incrementum, partim in ignis motum, partim etiam laboribus. Vir autem siccus est, & frigidus, quod calor amplius non superat, corpusq; non crescit, propterea friget: siccitas enim prioris ætatis inest, sequentisq; & aquæ accessus nullam habet humestationem, quod siccis & humidis superatur. Senes uero frigidi

frigidi & humidi sunt, quod ignis discessit, aqua accessit, quae sua humiditate sicca pepuit, humida confirmavit. Hæc Hippocrates uel Theſſalus (ſi is liber Theſſali ſit) uel Herophilus, ex quibus huius aphorismi ratio haberi potest. In hoc igitur aphorismo uolens Hippocrates ex omni indicio, rationis uitius formam edocere, ad ætates conſecedit, ratione quarum & uitius rationem quādoque immutare oportet, inquiens, ſenes facillime ieiunium terre atque inediā, deinde per gradus ætates alia conſequuntur: nam qui in ætate conſistenti ſunt, que ſenio propinqua eſt, diſſicilius quam ſenes ieiunium ferunt; ſed adolescentibus facilius. Omnitim uero mihi pueri ieiunium ferunt, & inter pueros illi præſertim qui uiuidiores ſunt, & loco ſtare neſciunt.

Sed ut huic aphorismi ſententia clarius eluceat, ab re non erit, ſi ætatum ordinem edocere ſtudeamus. Quod fiet cōmodius, ſi prius uniuersum humanæ uitæ ſpatium metiri tentemus. Salomon omnium ſapiētissimus, uitam hominum ſeptuaginta annorum eſſe iudicat; in potentioribus octuaginta: & hoc totum labor & dolor (non ut diuī Hieronymi interpretatio legit, Amplius autem labor & dolor.) Eadem ſententiam in ſecondo De generatione, ſectione quinquagesima octaua Auerroes probauit, ubi Arift teles aperte dicit, Vite omnino ſtatutū tempus eſſe propter motus ſolis & planetarum.

Aegypti, ut Plinius libro ſecundo capite trigelimo ſeptimo teſtatur, hominem centum annos tranſigere non poſſe iudicarunt: propterea hominum uitam centum annorum eſſe profitentur. Argumentū refert Plinius, quo mouebātur, & ante Pliniū Varro, ut Censorinus in libro De die natali ſcriptum reliquit. Eſt autem hoc, quod Varro à Diſcoride astrologo Alexandriae ſcriptum inuenit. Cor hominis in cremento & diminutione conſeruari, unde anniculi cor duas drachmas pendet, bimī quatuor, trīmī ſex, quadrimī octo: & ſic in annos ſingulos uicē ad qnquaqinta accedere binas. Ab his centum drachmis, atque anno qnquaqelimo, itē decadere in unoquoque binas, ex quo perspicuit ſit cētimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius poſſe producere. Alios legimus, dicentes ob hanc cauſam factos eſſe ſeculares ludos, qui quibuslibet centū annis fiebant. Solon uero humanam uitam in decem hebdomadas & ipſe diſtinxit, unicuique hebdomadæ ſeptem annos tribuens, propterea hominis uitam ſeptuaginta annorum fecit. Sed Staseas peripateticus in duodecim hebdomadas partitus eſt, & ideo hominum uitam ad octuaginta quatuor annos produci uoluit: quem uitę terminum ſi quis praterierit, idem facere quod ſtadiodromi ac quadrigæ faciunt, quum extra finem procurrunt. Et Varro ipſe tradit, in Hetrifcorum libris legi, fatalem ætatem hominis duodecim hebdomadib⁹ describi. Alij nouem ſeptimanis hominis uitam produci uolueret, amplius uitā non eſſe, hos numeros Pythagorice conſiderantes & dicentes, ut Censorinus in libro De die natali refert, ſeptem pertinere ad corpus, nouem ad animū: hinc annus iſte ſexagesimus tertius uulgo ad noſtra uicē tempora fatalis nuncupatur, ab antiquioribus crīlimus & climactericus & genethliacus & ſcalaris dictus eſt, in quo pluri mi moriantur. Alij cōſiderant hunc annum, quod ſit ex ter tribus hebdomadib⁹: uoluit enim obſeruandoſ illos annos, quos ternæ hebdomade cōſiſciunt, ut uigesimus primus, quadragelimus ſecundus, ſexagelimus tertius, octuagelimus quartus. Alij uero inquiunt, ſolum eſſe unum diſſiciliū climaſteria, ſcilicet quadragelimum nonum, utpote quem complent septies ſeptenī, alijs octuagelimum primum, quem complent nouies nouenī. Plato uero humanam uitam quadrato annorum numero conſummarī putauit, ſcilicet nouenario, unde humanam uitam ad nonagesimum primum annum pertenire censuit. Nonnulli tres annos climaſteria eſſe iudicant, nonagesimū primum, quadragelimum nonum, ſexagelimum tertium, qui inter duos medius eſt: nam primum ex quadrato nouenario, ſecundum ex ſeptenario, ſexagelimum uero tertium, ex nouenario & ſeptenario, quem hebdomades nouem, uel ſeptem enneades conſiſciunt. Eſt autem periculofißimus, quia ad corpus, & ad animam pertinet: ſeptimū ad corpus, quia eſt medicinæ corporis, & Apollini attributum: nouenarium Muſis, quia morbos animi, quos appellant pathe, Muſica lenire ac sanare conſiſuerit. Censorinus tamen in libro De die natali, hunc annum malum non iudicat: nos uero arbitramur id iudicare, ut applauderet ſuo Cerello, qui hunc annum iam tranſegerat.

Sed

Sed his omissis ad ætatum distinctiones in hac tota uita conscedendum est, quomo-
docunq; sumatur, uel sit spatium centum annorum, uel nonaginta unius, uel octuagin-
taquatuor, uel septuaginta, uel sexagintarium. Certum uero est, qui seculū transit, simi-
lem esse stadiodromo, quādō metas excedit. Sed ó miseram humanam uitam, qui sunt
hi qui hæc spatiæ attingant? Nempe inter quinquaginta hominum millia qui nascuntur,
mille ad quinquagesimum annum non perueniunt. De ætatis autem uerba facili
scire oportet, apud diuersos philosophos, diuersas esse ætatum distinctiones. Auicenna
in prima Fen primi, doctrina tertia, capite tertio, ætates in quatuor distinxit, In adul-
escenciam, quæ usq; ad triginta annos perdurat; in consistentiam, usq; ad trigesimaliumquin-
tum, uel quadragesimum; in ætatem senectutis, quæ est usque ad sexaginta annos: & in
ætatem senium, idest ultimum senium, quæ usq; in finem uita perdurat. Adulescenciam
uero in infantiam diuidit, quam ipse Auicenna esse dicit cum membra pueri nondum ad
motions, & ad ambulandum sunt apta, & in ætatem aptam ad ambulandum, & in æta-
tem in qua dentes fiunt, quæ deambulationem sequitur. Postea ut Auicennæ uerbis
utar, sequitur ætas conculsionis, quæ est post ortum dentium, sed antequam poliantur.
Deinde est ætas aliquid, quando flemen emitunt quoisq; barbescant. Deinde est ætas
fortitudinis, quoisq; crescere desinat. Hæc Auicenna de ætatis præcito loco.

Galenus in libro cui titulus est Definitioes medicæ, ipsi adscripto, ætates in quatuor
partes diuidit: in pueritiam, pubertatem, medium ætatem, & senectutem; tamen quibus tem-
poribus siant, non determinat, sed id solum dicit, Pueritiam esse calidam & humidam;
pubertatem, calidam & humidam, sed minus quam pueritiam; media etas, calida & sicca;
senectus, frigida & sicca. Deinde adulescenciam docens, inquit esse illam ætatem quam-
diu augetur animal: uigor autem est, cum animal auctum est & perfectum. Ex his habe-
re potes, adulescenciam, pueritiam & pubertatem continere, uigorem autem esse post tri-
gesimum annum. Adebat & distinctio ætatum astronomica in septem partes ex ratio-
ne septem planetarum accepta: & nos illam hoc modo distinctam inuenimus in quo-
dani authore Græco ἀληθεύς & incerto, cuius uerba hæc sunt: ἐπειδὴ οὐ τοῦ αὐτοῦ
τοῦ ἀληθεύτου, idest, Septem sunt hominis ætates: quas deinde per hunc ordinem disponit;

Ἐπειδὴ καὶ γρηγόρος μέχει πεντάρευτην ἑταῖρην, ἀναλογεῖ δὲ τῇ Σελήνῃ.

Εἶτα πέμπτην μέχει δεκατριάδην, ἀναλογεῖ δὲ τῷ ἔρημῳ.

Τέταρτην μέχει δικαίωσιν, ἀναλογεῖ δὲ ἀφροδίτῃ.

Ἄπο τῆς δεκάτητης μέχει τὴν νεανικόν, ἀναλογεῖ δὲ τῷ ἡλίῳ.

Ἄπο τῆς τεταρτητης τὴν νέανην, ἀναλογεῖ δὲ τερψινόν.

Ἄπο τῆς τέταρτης της νέανης τὸν πρώτον, ἀναλογεῖ δὲ Δίαν.

Γεννημένοις μέχει τῶν δύο τέταρτων, ἀναλογεῖ δὲ τῷ Ηρακλεῖ. idest,

Infans, à generatione usq; ad quatuor annos: proportionem uero habet cum Luna.

Postea puer, usq; ad decem annos: proportionem autem habet cum Mercurio.

Adulescens aut, à decimo anno usq; ad decimooctauum: proportionē habet cum Venere.

A decimooctauo usq; ad uigesimaliumquintum, iuuenis: proportionem habet cum Sole.

A uigesimalianno usq; ad quinquagesimum, uir: proportionē habet cum Marte.

A quinquagesimo usq; ad sexagesimumquartum, senior: proportionatur ioui.

Senex, post hos usq; ad extremū uitæ: proportionatur frigido tempori, idest Saturno.

At M. Varro quinque gradus ætatis æquabiliter putat esse diuisos, unumquenq; scilicet

præter extremum, in annos quindecim. Itaq; primo gradu, usq; ad annum quartum deci-
mum pueros dicitos, quod sint puri, idest impubes. Secundo, usq; ad annum trigesimalium

adulescentes, ab adolescendo sic nominatos. In tertio gradu, usq; ad quadragintaquinq;
annos iuuenes appellatos, eo quod rem publicam in re militari possent iuicare. In quar-
to, usq; ad sexagesimum annum seniores nuncupatos, quod nunc primum senescere cor-
pus incipiat. Inde usq; in finem uitæ uniuersus quintum gradum factum, in quo qui

est, senex appellatur, quod ea ætate corpus senio labore. Censorinus uero in libro

De die natali, Hippocratem refert, ætates in septem gradus distinguenter: locum ta-
men Hippocratis uidere nondum licuit. Primi gradus finem, septimum annum esse pu-
tauit: secundi, decimumquartum: tertij, duodeuigesimalium: quarti, trigesimaliumquintum:
quinti, duodequadragesimalium: sexti, sexagesimumptimum: septimi, nouissimum uitæ hu-

manæ annum. Non defuere præterea, qui ætatem humanam in decem hebdomadas partirentur, ut Solon fecit: qui in prima hebdomada, dentes homini cadere dicit: in secunda, pubem apparere: in tertia, barbam nasci: in quarta, uires: in quinta, maturatam ad stirpem relinquentiam: in sexta, cupiditatibus tentari: in septima, prudentiam, linguamq; consummari: in octava, eadem manere: in nona & in decima, hominem fieri morti maturum. Sed Staseas peripateticus diuersas ætates addebat, ut annum octuā gesimum quartum uitæ finem faceret. His uero omisssis, quæ ab his authoribus uncq; dicta sunt, nos ex Hippocrate & hic & in libro De ratione uictus, & alibi, quæ tuor solum esse ætates inuenimus, pueritiam, adolescentiam, consistentiam, & senectutem. Tamen Galenus in sex ætates distinguit, & in aphorismo sex ætates subintelligi iubet: nam inter consistentiam & adolescentiam, iuuentutem ponit. Semium uero in duas partes diuidit: in primam partem, quæ primum senium dicitur: & in secundam, quæ secundum senium, & decrepita nuncupatur. Nonnulli uero his ætatis certa tēpora statuere tentarunt. Nos uero intelligimus Hippocratem, sub adolescentia iuuentutem complexum esse. Pueritia est usq; ad decimū quartum annum, quæ tamen in se habet infantiā, quæ ad septimum usque durat. In decimoquarto anno crassiorem uocem faciunt pueri, & inæquabilem, quod Aristoteles appellat τραγίσαι, Latini antiquiores hirquitallire: & inde ipsos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olerè incipiat. Deinde sequitur Adolescentia usque ad trigeminum annum, in qua continetur iuuentus, quæ est à uigesimo anno ad trigesimum, uel paulo plus, uel minus, ut temperatura & corporum dispositiones merent. Consistentia à trigesimo anno, uel à trigesimo quinto, usq; ad quadragesimum uel quadragesimū quintum, uel quinquagesimum perdurat. Primum senium à quadragesimo quinto, uel quinquagesimo, usq; ad sexagesimum uel sexagesimum quintum prorogatur, ut corporis temperatura cōdonabit. Decrepita, uitæ finem attingit. An uero sit illa ætas, quæ consistentia appellatur, in qua homo in eodē statu permaneat, hic dubitare non est opus, cum in tertio libro Galenus eam esse inficietur: nam cum homo ad summū ætatis uigorem peruererit, statim in deterius inclinari incipit. Nunc uero ad Hippocratis uerba exponenda conuertemur, si prius edoceamus, in nostro antiquo contextu ante hinc aphorismū hanc inscriptionem præscriptam esse, πάλιν δέ τοι οὐδὲ πάλικια στήσαις. idest, De uictus ratione secundum ætates.

Γρ̄οντος θυφορώτατης της ειών φέρουσι. idest, Senes facilissime ieunium ferunt. Per senes, hic primos senes intelligit: quoniā ultimi senes frequenti cibo reficiendi sunt, licet tenuiori. Philotheus etiam primos senes intelligit, inquiens, γέροντες καλέν οὐ τοῦ γεράχτῳ γέρα ὄντες, ἀλλὰ τὸ εἴηνόν τας μηράν πλέον οὐ ἐλατούσον. idest, Senes uocat, non in extremo senio existentes, sed sexagenarios, aut parum plus uel minus. Idem ad uerbum ferē dicit alter Græcus interpres, quem habemus, incertus & sine nomine. At ieunium ferre, ex duobus cognosci iudicat Galenus: unum est ex eo quod non facile famem incurrit: aliud, quod & si famem incurrit, nihil malī ex hoc consequitur. Quæ duo in primis senibus inueniuntur: nam frigidū sunt & humidi, ratione frigiditatis bene concouere non possunt (nam concoctio est opus caliditatis) nec etiam appetunt. Et quamvis appetentia ex frigido fiat, tamen ex illo non fit quod per ætatem acquiritur, sed ex naturali frigido. At quia humili, propterea nocumenta quæ ab inedia fiunt, facile non incurruunt, quæ sunt uirium imbecillitas. Est uero ieunium, abstinentia penitus à cibis, quam primi senes bene ferunt: nam multos humores crassos habent, & non appetunt, & ab inedia nocumentis facile relevantur. Oribasius dicit, facile ferre ieunium seniores, quia frigidū habent corpus, & non exercitantur: etenim quanto frigidiorē crassiorēq; humorē habent, tanto minor est illis appetitus, ut qui ex ipso humore nutriuntur. Vnde si amplius illis offeras, quam possint concoquere, ex ipso extinguitur. Quem admodum lucerna quæ solet oleo suppetente lumen clarum facere, si plus olei immittas, quam conuenit, continuo claritas luminis extinguitur: tamen hoc exemplum Galenus pro ultimis senibus posuit. Philotheus etiam senes istos inediā ferre dicit: οὐ τοῦ ὀλαζού χρέοι εἰσὶ οὐ τὸ τὸν διάσπασμα, οὐ δέ τοι εἴη τὸν λυχνοτρόπον. idest, Quoniā ferē in ipsis uis labefactata est, & quoniā ipsi sunt frigidiores, quam scilicet consistentes. Eandem sententiam habet incertus author huius libri interpres, imo & eadem uera.

ba. Galenus quoq; in libro De rerum affectibus, de sensibus loquens inquit, In his paucum nutrimentum desideratur, ob uitutis imbecillitatem.

Sed hic Oribasius dubitat, inquiens, Interrogandus hic tienit Hippocrates, quare cum de ætatis agat, prius protulerit senes quam infantes, aut iuuenes: quum nisi infans fuerit, senex esse non possit. Respondet, Sed bene Hippocrates prius seniorem dixit; nam omnis finis initium habet, non omne initium finem. Probe ergo Hippocrates prius nominavit seniorem, ut cōtinuò omnes significaret ætates; sed nos putamus à senio incepisse tanquam ab ea ætate, in qua cōuenit tenuior uitus ratio, ut deinde ad crassiorē procedat: nam de uitius ratione secundum ætates pertractaturus est; Philotheo dicente, ἀπλόθωσ αὐτὸν τὰς ἡλικίας χωρεῖ, Βουλόμεθον καὶ διὰ τὸν γένος εἴης πλάνης μινοτάρος. idest, Consequenter igitur ad ætates procedit, uolens & ex ipsis speciei uitius demonstrationem facere.

Διδύτροψ οἱ κατεπεινώτατοι. idest, Secundo loco qui ætatem consistentem habent, scilicet sunt in tolerantia ieuiij: nam & ipsi facile ferunt inediām, sed non adeo facile ut senes iam dicit. Est autem consistentia, tempus propinquum, & ætas affinis primo senio. Philotheus dicit, eos consistentes uocari, ἀπὸ τῆς παρεκκλιτικής τυχείων τας. idest, In uigore ætatis existentes: uel in declinatione à uigore, ut notat uocabulum παρεκκλιτικός. Idem dicit interpres incognitus. Qui in hac ætate sunt, amplius non crescunt, nec decrescere uidentur, sed in eo statu permanent (saltem quo ad sensum) in quo sunt. Hi uero sunt illi qui trigesimum, trigesimumquintum, uel quadragesimum annum agunt: hanc ætatem ad quinquagesimum, quadragesimumquintum, uel quadragesimum prorogantes secundum eius qui perfert temperaturam. Etenim temperaturarum diuersitas ætates accelerat atq; retardat: qui in hac ætate sunt, in uita summo uigore & robre esse putantur, & humidum densius habent, quod difficilius soluitur, quam puerorum humidum: propterea hi facilius ieuium ferunt, quam qui in minoribus ætatis degunt. Dicitur uero qui consistentiae duas partes faciunt, primam & secundam, dicentes, hic Hippocratem de consistentia, idest secunda consistentie parte loqui. Nam de ipsis consistentibus agit, quos dicit post senes secundum locum tolerantiā ieuij ferre.

Μινύτη μεγάρειοι, idest, minime adolescentes, scilicet ieuium ferunt, quam uel consistentes, uel senes. Hippocrates in toto De uitius ratione libro, de ætatis bis tercij atq; quater agens, de iuuehibus mentionem nullam facit, sed uocabulo adolescentia ubiq; utitur, ut sub adolescentia iuuentutem intelligere uideatur. Et nisi Galenus in commen-tatione distinguere, dicerem Hippocratem per adolescentes, iuuenes semper intelligere; nam adolescentia trigesimo finit anno, pueritia duodecimo: tamen Galenus iubet, ætatem iuuentutem inter adolescentiam & consistentiam subintelligendam esse: quæ ratione extremorum intelligatur. Vnde pueri sunt usq; ad decimumquartum annum: adolescentes, usq; ad uigesimum, uel uigesimumquintum: iuuenes ad trigesimum, uel trigesimumquintum: ut hic sit ordo, iuuenes in tertio loco tolerantia ieuij sint, difficilius enim ferent, quam consistentes, sed facilius quam adolescentes, quia eorum humidum crassis est, & difficilius refoluitur. Adolescentes uero humidum habent, quod facilius resoluitur, ideo ieuium minus ferre possunt: tum quia famem citius incurunt, tum quia difficilius documenta famis ferre possunt, in eas statim incurunt. Vbi contextus dicit, Minus adolescentes, recentiores interpres legit. Minus pueri: quæ particula eos errare fecit: nam coacti sunt in pueris & in infantibus intelligere, quod Hippocrates in adolescentibus & pueris dicit. & quod ita sit, Græcus contextus ostendit, in quo habetur, Μινύτη μεγάρειοι, τῶν τοις δὲ μελισταῖς πατέραις. idest, Minus adolescentes, omnium autem maxime pueri. Antiqua uero Constantini interpretatio legit, Minus pueri, omnium autem maxime infantes. Philotheus dicit, Adolescentes minus ferre ieuium, οἷς τὸ αὔτερον τὸ αὐτοῦ τὸ οὐρανοῦ θρόνος. idest, Quoniam in ipsis naturalis calor augetur. Oribasius quoq; eodem modo legit, ut faciunt recentes. ubi enim Hippocrates habet Adolescentes, ipse legit Pueri: & ubi habet Pueri, ipse legit Infantes.

Οὐρανοῦ δὲ μελισταῖς πατέραις. idest, Omnia maxime pueri, scilicet ieuium ferre non possunt, quoniam (ut in aphorismo sequenti dicetur) plurimum habent calidi innati, & plurimum consumunt, & ideo inediām ferre non possunt, nempe cito famem incurunt,

& ab inedia laeduntur, difficiliusq; in hac etate inedia errores corriguntur, nam eorum calor tenui humido inhæret, & ideo facilime resoluitur, unde & famē & famis incomoda facile incurunt. Philotheus dicit, pueros minime omnium ferre inediā, οὐδὲ τὸ θερμότερον ἔχει τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ τὸ πλεύσιον τὸ έμφύτευνθερμόν. idest, Quoniam bene perspirabile corpus habent, & quoniām habent plurimum calidi innati.

Tοντίων δὲ αντίων ἀλλά τύχη αντίων, πλεθυμότορα λένται. idest, Horum autem ipsorum, præsertim qui inter ipsos sunt promptiores & agiliores. Hic (ut Galenus inquit) non docet Hippocrates etatum, sed naturarum differentias. Pueri, qui uiuidiores sunt, idest quorum uita ad motum est magis proclivis, & stare loco nesciunt, hi cæteris alijs minus ieuium ferunt; quia plus habent caloris innati, quam alijs. Antiqua translatio legit Animosiores, quod non ab re dicitur; nam & contextus Græcus habet πλεθυμότορα, idest qui animo sunt propensiōres; uel cum πλεθυμα promptitudinem & alacritatem significet, intelligendum, præsertim qui sunt promptiores & alacriores. Hæc enim promptitudo (ut ex libro Artis medicinalis colligi potest) non potest esse, nisi ex caliditate; immo Galenus in illo libro, ex promptitudine caliditatem arguit, Orībasius ita intelligit, maxime illos uexari, qui animo sunt ad epulas propensiōres, uel qui multum esuriunt, uel petunt. In istis uero multis feruor cognoscitur, qui eos excutit, & corpora deliccat, facitq; famem & multi cibi appetitum. Merito igitur plus ipsi quam alijs uexantur ieuium. Philotheus uero dicit hos inediā non ferre, ιωαννί πλεθυμότορα οντα, ηγεθηνητότερα γραψία μάλιστρον ένθερμανοντα. εφ' ουρ δὲ άνηρετέ τὸ έμφυτον θερμόν, οὐδὲ τοσούτον οὐδὲ τίλιον άστρική φέρουσι. idest, Quoniā promptiores facti, magis incalescunt, in quantum enim crescit naturalis calor, in tantum inediā non ferunt.

Celsus libro primo capite tertio, ubi de obseruationibus quibusdam agit, hunc aphorismū his uerbis refert: Quod ad etates uero pertinet, inediā facilime sustinent mediae etates, minus iuuenes, minime pueri, & senectute confecti. Necessariū uero est per senectutem cōfectos decrepitos intelligere, & Acherontios illos quibus parum & sape cibis dandus est, non autem primos fenes, nam illos sub media etate intelligit.

G A L E N V S

DIFFERENTIA etiam etatum confert aliquid ad capiendam uictus rationem. Senes si quidem facile ferunt inediā, pueri difficulter. Est autē facilitas in non appetendo, & nihil inde malū sustinendo. Difficultas autē ex contrarijs oritur. Et enim pueri magis appetunt, & plus offenduntur in longis inedijs. Mediae uero etates inter senes, & pueros, quanto alteri ipsorum proximiōres existunt, tanto minus, aut magis mo lestantur, atq; offenduntur ex longis inedijs. Huius autem aphorismi causam ipse in sequente docet, qui ita incipit. Quæ augentur corpora plurimum caloris innati habent. Ita quod si quis uelit ipsum priori adiungere, & cum, enim, coniunctione proferre, tunc sermo unus fieret, & manifestus, in hunc modum se habens. Senes facilime ieuiū ferunt, secundo loco qui etatem consistentem habent, minus adolescentes, minime uero pueri, quæ enim augentur corpora plurimum caloris innati habent. Dicit autē etatem habentes consistētem, eos qui mediā etatem habent inter iuuenes, ac senes, ita quod ab etate uigente redunt, nondum tamen sensum habent senectuae manifestum. Sic & Thucydides dixit quosdā in etate cōsistente esse. Verum inter hanc etatē & adolescentiam, altera quædam est, quæ sicuti medium etatum obtinet ordinem, ita etiam facilitatis, & difficultatis: ita q; neq; ita facile ferre inediā potest, sicuti qui in etate sunt consistente atq; semili: neq; difficulter, sicuti adolescentes & pueri. Eius tamen non meminit Hippocrates, ut quā posit unusquisq; ex illis quas dixit intelligere. Nam cū inquit, præsertim qui sunt inter ipsos uiuidiores, naturarū differētias manifestat. Qui enim pueri calorem innatū plurimū habēt, promptiores sunt ad cibos assumēdos, & ipsos magis posunt cōcoquere, & si non assūperint, plus offendunt. Talis est sermo Hippocraticus. Indiget & quadam parua additione ad perfectionē. In his quidem qui sunt in principio senilis etatis, recte dictum est, Senes facilime ieuiū ferūt. In his uero qui ad extremā perueherunt, non recte, quia neq; hi possunt tolerare longas inediās. Vel igitur addere oportet

oportet aphorismo breve aliquid, & hoc modo ipsum pronuntiare: Senes facilime ie-
juniū ferunt, præter eos qui ad extremam senectam peruererunt: secundo loco, qui
etatem consistentem habent. Vel uerbum Ieiuniū, in paucos cibos transponendum;
atq[ue] ita dicendum: Senes ciborum tolerant paucitatem, secundo loco qui atatem con-
sistentem habent. Nam & qui ad extremam senectam attingunt, inuenientur, & si non
possint longam inediā tolerare, paucis tamen cibis indigere. Tale enim quid patiuntur,
quale lucernis penè extinctis accidit, quæ continuā exigunt olei suffectionem, mul-
tam autem & subitam simul, nequeunt sustinere: sic & his exhibere oportet uniuersam
multitudinem paucam, & hanc ipsam cibi paucitatem in multas partiri portiones. Ne
que una illis longa inedia est iniungenda.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, differentiam ætatum multum conferre ad capiendam ui-
ctus rationem: nam senes facile ferunt, & pueri difficulter.

S E C U N D O docet, facilitatem ferendi ieiuniū in duobus cōsistere, primo in non
appetendo, deinde in nihil inde malī substinentiō. Difficultas uero *νητη συντειχία*, id
est, per contraria fit: pueri magis appetunt, & plus offenduntur: senes ecōtrario. Mediæ
ætates quanto sunt propinquiores pueritæ, tanto minus inediā ferunt: quanto sunt pro-
pinquiores senectuti, tanto magis illam ferunt. Et causa huius aphorismi in sequenti con-
donatur, qui simul cum isto contingi posset, & unus fieri aphorismus.

T E R T I O docet, illos esse consistentes qui ætatem mediā habent inter iuuenes
& senes: inter hos autem consistentes & adulescentes alia ætas est, scilicet iuuentus, cu-
ius non meminit Hippocrates, quoniam ex extremis facile intelligi potest.

Q U A R T O docet, id quod dictum est, Præsertim qui inter ipsos sunt trividiores:
naturarum differentiam manifestare, & non ætatum: nam pueri qui multum habent ca-
lidū innati, promptiores sunt ad cibos assumendos, & ad motus omnes, & illos possunt
magis concoquere, & si non assumpserint, plus offenduntur.

Quod legitur: Nam cum inquit, legi debet, In eo quod inquit, aliter non esset perfe-
cta contextus continuatio: & contextus Græcus ita dicit, *καὶ μὲν τοι τοῦ φάνατος*.

Deniq[ue] ut omnes ambiguities Galenus dimoueat, dicit aphorismum uerum esse in
primis sensibus, sed non in secundis, quia longas inedias ferre non possunt. Ut igit[ur] apo-
rismū in rectum sensum ducat, inquit, Intelligēdum esse in primis sensibus: sed ut etiam
secundos senes accōmodet, aliam expositionem tribuit, quod per ieiuniū ueram in-
ediā non intelligamus, sed ciborum paucitatem: tunc senes tam prīmi, quam extremi
ciborum paucitatem ferunt: nam & si non possunt inediā ferre, non possunt etiā mul-
tos cibos assumere. Alter ip[s]is idem cōtinget quod lucernis, qua prope extinctionem
sunt, oleo indigent, at si copiose & subito adhibeatur, extinguuntur. Idem contingit ul-
timis sensibus.

Quod legitur, Indiget & quadam parua adiectione ad perfectionem. Iege, Indiget
tamen, uel Indiget quidem. nam Græce est, *δέπου μὲν τοι*.

Quod etiam legitur, In his uero qui ad extremam peruererūt. addi debet senectam.
Græce enim est, *εἰς τορχούς γῆρας*.

Quod etiam legitur, Olei suffectionem: Græce est *χορηγίας*, id est contributionem,
suppeditionem.

Quod etiam legitur, Et subitam simul. Galenus uititur *υοκαβολο* *ἀπόστος*, quod totum
aliquod una uice appositum significat. In lucerna uero semiextincta, si totum simul una
uice ponatur, extinguitur.

A P H O R I S M V S X I I I I

Q Vi crescunt, plurimum habent calidi innati. Plurimo igit[ur] egent alimen-
to, alioquin corpus absurbitur. Senibus uero parum innati calidi inest: pau-
cis propterea somnitibus egent, quia à multis extinguiuntur. Hanc etiam ob cau-
sam febres senibus non similiter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.

BRASAVOLVS

HIC aphorismus præcipua est & uera præcedentis ratio; unde & Philotheus dicit,
 οὐτοῦ ὁ ἀφορισμὸς τὰς δύναμες παραδίδωσι τῷ πεθανόντι ἀφορισμῷ. idest, Hic aphorismus,
 præcedentis aphorismi causas præbet. Et Orbasius dicit, Sciens Hippocrates obscur-
 rius se in præcedente aphorismo locutum, uoluit hoc ipsum clarius exponere. Superius
 enim edocuerat senes & consistentes feiunium facile ferre, minus tamen cōsistentes se-
 nibus, deinde adulescētes & pueros non facile ferre, sed pueros minus. Nunc uero duo
 rum solum extremorum meminit, senum & crescentium: sub senibus uero consistentes
 intelligit; ab his tamen nescio quid dementes, quando sensibus comparantur. Sub cre-
 scentibus etiam pueros intelligimus; tamen suam proportionem & his pueris cōceden-
 tes. Simpliciter ergo ab Hippocrate dicitur, Omnes crescentes plurimum calidi innati
 habere, ideo plurimo egent alimento; quod si non exhibeatur, corpus eorum consumi-
 tur: senes uero & qui non crescunt, parum calidi innati habent, & ideo paucō egent ali-
 mento. Si uero his plurimum alimenti tribuat, extinguntur & suffocantur: & hic ca-
 lidi innati defectus causa est, cur sensibus non superueniant acutæ febres, quia ubi modi-
 cus calor, ibi multum humidi fit; consequenter acutæ febres fieri non possunt, nam cor-
 pus frigidū habet; calor uero is est, qui acutiem in febribus facit. Si autem cōtingat
 senem acutam febrem incidere, est ætati improportionata: ideo ut plurimum ferre ne-
 queunt, sed in perniciem ducuntur. Hic est brevis huius aphorismi sensus.

Τὰ αὐξανόμενα τὸ θρυμὸν ἔχει πλέον τὸ ἐμψύζει, πλέονες οὖν οὐτοὶ τροφῆς. idest, Qui
 crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento.] Per eos qui
 crescunt, totum adulescētie tempus uīcī ad consistentiam intelligit; tamen potissimum
 cremenētum primis annis fit. Quid uero per calorem innatum intelligere oporteat, multi
 ambigunt: nos quid sentiat Hippocrates, & quid Galenus, exponemus. Hic notat Ga-
 lenus, & in libro De temperaturis, hoc uocabulum Calidū, quandoq; sumi pro ipsa
 qualitate, quæ est caliditas, quandoq; denominatiue accipitur, ut corpus calidū deno-
 minat: unde calidū, non caliditatem, sed ipsum corpus calidū significat. Propterea
 Aristoteles in Prædicamento substantiae dicebat, album solam qualitatē significare,
 quod est secundum primum significatum. In hoc igitur loco cum ab Hippocrate men-
 tio fit calorū innati, intelligit corpus ipsum & subiectum calorū, non autē caliditatem:
 est uero substantia & subiectum innati calorū aerea & aquæ, ut ex semine coniectari
 possumus: nam de terrena substātia parum habet: plurimum uero aeris calidi & humidi
 participat. Adde etiam, Sanguinem menstruum, quod est nostrum principiū, natura
 humida existere. Cum ergo animal crescit, & à primo ortus principiū recedit, paula-
 rim eius corpus terrestre efficitur, & quamuis in processu corpus uehementer calidū
 sit & igneū: tamen substātia innati calorū, quæ humida est, paucissima efficitur, unde
 calidi innati substantia bene tēperata est, sed calidi aduentitiū substantia est ignea, & ad-
 ventitiū calor qui per totum corpū est, per totum effluxus facit fumeos, fuliginosos,
 aridos & acres, sed innatus calor suaves & bene tēperatos habet defluxus: & ideo pue-
 rorum calor innatus, idest substantia sua est multo maior, quam iuuenum substantia. Si
 mile enim est in puer & iuuene, quale humidis rebus & siccis euénit: nam si humidas
 res acceperis, ut aquā, oleum, & siccas, ut aës, ferrum, lapis, & omnia eodem calore affi-
 ciuntur, ut si soli exponantur, ex humidis plurimum exhaustur, ex siccis aut nihil aut pa-
 rum: in iuuene, subiectum calorū siccum est, ideo partū consumitur: in puer humidū,
 propterea multum consumitur: & quanto magis sunt ortui propinquū, tanto magis con-
 sumitur. Orbasius ex hoc consumi dicit, quia adhuc ex utero matris continent calore.
 Philotheus quoq; ad naturalem calorem hoc referit, & ad eius uehementiam: imò ad-
 dit, εἰντον γάρ μην ταῦτα προφίει αὐτῶν τὰ οὐρανά τὸ σώματος ἡγανάκτια. idest, Ipsa
 enim scilicet caliditas, non supposito nutrimento, ipsam corporis substātiā consumit.
 At Hippocrates non intelligit ὅμοια, idest caliditatem, sed substātiā calidam,
 unde dicit, Pueri habent multum calidi innati, idest multum substātiæ calida innatae:
 uocatur autem innatus calor, quia ab ortu uitæ complantatus, & ex semine atq; men-
 struo sanguine acceptus. Quim igitur pueri, calidi innati plurimum habeant & bene
 plurimum

plurimum, & non magis, quoniam substantiam calidam intelligit) ideo plurimo agent alimento: nam haec tenuis substantia facile consumitur: propterea nisi cibaria subministrantur, eorum corpora absumentur & resoluuntur. In nobis enim quatuor virtutes sunt, teste etiam Oribasio, quae siue dormientibus siue vigilantibus suo funguntur officio, *έλεκτρα, κάθετρα, ἀλοιστρα, θρησκευτική.* idest, Attractrix, retentrix, alteratrix, expultrix. Haec quatuor facultates, ubi non habuerint quod conficiant, corpus ipsum absumentur. Vnde & peregrinus interpres adilos, quem habemus, ita dicit: *Ἐν δὲ θρησκευτικῇ αὐτῷ τῷ πόρῳ, τὰς σφραγίδας πάντας θεωρεῖ.* idest, Calor autem quae consumat non inueniens, carnes omnino consumit.

Scito autem Hippocrate potius dixisse Qui crescunt, quam Pueri: quia per hoc uocabulum Qui crescunt, & pueros & etiā adolescentes intelligit. Si uero dubites de crescentibus, quod plurimum calorem non habeant, quia crementum sit in membris seminarijs, quae frigida sunt. Respondemus, calorem esse substantiam ipsam calidam quae in sanguine & spiritu consistit, & quae pabulum præbet omnibus membris.

Ὕπερ τὸ μὲν τὸ σῶμα αὐτοὶ οὐκέται. idest, Si uero non, si exhibeat nutrimentum, corpus consumitur, ut dictum est.

Γέροντος δὲ οἰλίου τὸ θρησκευτικόν τοιοντας, τὸ παλαδύ γέροντος θρησκευτικόν ται. idest, Senibus uero parum calidi inest, paucis propterea fomitibus agent, à multis enim extinguitur. I Senes igitur calidi innati, idest huius substantiae aquæ parum habent, imo eorum caloris subiectum ualde siccum est: propterea paucis fomitibus agent, idest paucis fomentis nutrimento, & parce dari debet: aliter, eorum calor à multis cibarijs extingueretur. Sicut in lampadibus semiextinctis, si oleum *ἀθρόας*, idest, si multum totum imponatur atque infundatur, extinguitur: ut Galenus in commentatore refert, & Philotheus etiam.

Galenus in libro De renum affectibus, ubi docet quomodo calculum euitemus, de senibus loquens, inquit, In his paucum nutrimentum desideratur, ob virtutis imbecillitatem. Id quod ab Hippocrate diuinè (ut omnia) traditum est, Quæ crescunt, plurimum innati calidi habent: pleniori itaq; alimento opus est, ne corpus eorum absumentur. Senibus calor paucus inest: paucis ergo fomentis indigent. Et rursus: Senes facilime ieiunium ferunt.

Nota etiā, hunc aphorismum ad omnia uiuentia ampliari posse.
Idem Galenus edocere statuens libro octavo De decretis Hippocratis & Platonis, naturalem calorem omnium naturalium operum authorem esse apud Hippocratem, & à Platone nuncupari ignem, & naturalem calorem esse temperatum, non igneum, nec febris similem, inquit: Nam si ab igne ciborum concoctio, digestio, sanguificatio, & nutritio fieret, melius & citius etiam in febribus omnia haec conspicerentur absolu. Sed insitus calor temperatus quum sit, quo ad substantiam, in sanguine & pituita subsistit: quo ad caliditatem, est congrue ex caliditate & frigiditate contemporatus. Verius igitur ab Hippocrate dicitur, Quæ augentur corpora, plurimum insitum calorem habent; unde plurimo etiam alimento indigent. Si minus, absumentur. Senibus uero parum inest calor, atq; idcirco paucis fomitibus, à multis enim extinguitur. Eadem causa est, ut quum corpus frigidum habeant senes, non ita acutis febribus infestentur. Hic & in libro De natura hominis, in prima ætate hominem ait calidissimum esse, sicuti frigidissimum in extremo senectutis. Non absolute tamen calidissimum, quem admodum in ardentibus febribus, sed insito calore calidissimum esse substantia, nuper genitum infantem diximus. Propterea in aphorismis, Quæ augentur (inquit) corpora: & reliqua. Hæc Galenus, qui plura alia de hoc innato calore deinceps differit.

Idem Galenus libro tertio De causis pulsuum, ubi de pulsu mutatione pro annis temporibus agit, hunc aphorismum citat, ostendere uolens alium esse calorem innatum puerorum, & illorum qui crescunt, aliū acquisitum & iuuenum. Nam calor nativus temperatus est: acquisitus autem intemperatus & quasi igneus.

Celsus præterea De his qui crescunt libro primo, capite tertio, inquit: Quo minus fert facile quisque, eo saepius debet cibum assumere, maximeq; eo eget qui increvit.

Dicitur tamen quoniam si pueri febres ypsorum, ovum sanguis frigidus, sanguinem vero non esse frigida. id est, Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutae sunt, frigidum enim eorum corpus. De seruum febribus incidenter pertractat, ut eorum frigiditatem ostenderet, inquiens, hanc esse causam, scilicet paucitatem caloris innati in senibus, ut febres acutas similiter modo non subeant, sicuti iuuenes faciunt, nempe eorum corpus frigidum est; acutae uero febres ex calidis humoribus sunt, quales senes generare non possunt, qui parum calidi innati habeant. At si contingat senem acutam febrem incidere, ut plurimum ex ea in mortem adducitur. Ex his duabus extremis atatibus, alias medias intelligere oportet: nam quanto magis ad ortus principium accedunt, tanto calidiores sunt, id est tanto magis calidi innati, id est substantiae calidæ innatae, quæ aquæ est & aerea, habent. Cum magis recedunt, tanto minus calidi innati habent. Quod uero per calorem innatum, calidam substantiam intelligere oportet, expresse à Galeno edoceatur libro quinto De simplicium medicamentorum facultatibus capite octavo, ubi docet, quod pus mouentia etiam emplastica esse conuenient: ubi dicit ea cataplasma quæ aut detergentia aut ualidius excalcentia sunt, halitus difflari permittere & exicare, sed pus non mouere: ut sunt farinæ hordei, ciceris, fœnigræci, fabæ, eruæ, panici, lupinorum, milii: hæc referant meatus, & simul naturalis calor euaporat: ideo naturalis commoderatio non servatur, unde naturalis calor minuitur, & qualitas inteditur: propterea opus est intus detinere spiritum halitusum calidum, qui est in pueris copiosissimus, & in ipsis omnes actiones naturales auget, unde Galenus dicit: Sed sunt quos id fugit, & cum hoc quod ignorant, Hippocratem insuper accusare non uerentur, quod dixerit, Crescentia plurimum habere caloris innati. Sed nos dicta eius haud perperam capere oportet, ac cognoscere innatum dixisse calorem, quem in quoque animantium, spiritum nominamus: de quo & Aristoteles scriptum reliquit. Verum nihil prohibet, sanguineam substantiam, simulque aereum unum cum spiritu calidum inaudire innatum. Ac Stoici quidem hunc ipsum spiritum animæ esse substantiam autem: nos sanè de animæ substantia non admodum pronuntiare quippiam audemus, & ad præsens superuacaneum arbitramur: quāquam nos iam ante, spiritum innatum etiam si non sit animæ essentia, saltem primum eius esse instrumentum, in commentarijs De Hippocratis Platonisq; placitis demonstrauimus: & certe dicimus eum spiritum in omnibus animantibus cōtineri partibus, sed non undequaquam esse sui similem: ueluti nec sanguinem esse necesse. Hactenus Galenus. In quo loco manifeste apparet, Hippocratem hic per calorem innatum, spiritum & sanguineam substantiam, simulque aereum intelligere. Ideo cum ab Hippocrate dicitur, Pueri habent plurimum calidi innati: intelligere oportet, plurimum habere substantiae sanguineæ, aereæ, & spiritus: qualia non licet in senibus iuuenire: quia per ætatis processum hæ substantiae aereæ, & spiritus paulatim consumuntur, & in senioribus in ultima resolutionis parte sunt, quia morti propinquæ accidunt.

Dubium hic à recentioribus fit, Nunquid pueri calor, iuuenium calore maior sit, uel minor, uel æqualis? Quod dubium non solum hoc tempore agitat, sed & antiquitus per philosophorum ora inuulgabatur: unde Lycus quidam rabida gloriola fame corruptus, Hippocratem (quem non intellexit) reprehendit: tamen & hic à Galeno & in libro huius propositi in Lycum inscripto, Hippocrates defenditur. Ut autem quid in hac re antiqui senserint, edoceamus, scire oportet, antiquissimos philosophos arbitratos esse puerilem ætatem, utpote eam in qua crementum fit, magis frigidam esse; iuuenilem uero magis calidam & siccum: quam sententiam & rationibus quibusdam & signis probabant. Rationibus inquam, quia in simplicibus calidum non est ita intensum cum humido sicut cum sicco, uerum in puerili ætate, humido aqueo aereoque abundamus; nam hac ætate seminali humido abundamus, quod in iuuentute non exuberat, sed exiccatum est. Ideo hac ætate calor est intensior, quam in puerili ætate, in qua calor in aquo fundatur: in iuuentute uero in sicco est, unde tota eorum ratio est, quia in iuuenie caloris fundamentum siccum, in puerio humidum est. Signis etiam probant, iuuenem pueri magis calidum esse; sed hæc signa probant, pueros humidos esse: nam in pueritia superfluitas pituitosa abundat, & puerorum febres pituitosæ sunt, & quæ ab eisdem euomuntur, pituitosa esse constat, & quæ excernuntur, humida esse nemo dubitat. De-

nig^o udraciōes sunt alijs ætatis: sed hic caninus appetitus ex superflua frigiditate or-
tum habet: nec etiam sanguis è puerorum naribus sponte & per se emanat, quod frig-
ditatis natura indicium est. In iuuenie uero opposita sunt caliditatis indicia: ideo iuue-
nis, puer multo calidior est. Ex alia parte non defuerunt Peripatetici, qui puerilem
ætatem iuuenili calidorem esse existimarent, de qualitate calida loquentes: nempe, in-
quiūt, nulla ratio est cur illa ætas alijs ætatis calidior non sit, quaē principijs uitæ pro-
ximior existit. Principia autem uitæ sunt calidum & humidum. Constat uero in princi-
pio uitæ, aut nihil aut parum calidi expirasse. In iuuenili autem ætate fieri non potest,
quoniam multum expirauerit, unde ex hac ratione pueros iuuenibus calidores esse iudica-
runt. Addunt & nonnulla signa, quibus hoc idem probare conantur, quia puerorum
appetentia melior est, quām sit illa iuueniū, & liberalius crescunt, quām iuuenes faciant,
eisdemq^u iuuenibus mobiliores sunt, & optime ac cito concoquunt. nam si eorum appe-
tentia ex frigido esset, naturalis non esset, nec proba cōcoctio sequeretur, & si nonnum-
quam pueri nauseam & abominationem incident, non est ex defectu calidi innati, sed
potius ex superfluo nutrimento. His omnibus indicijs Albertus magnus in libro De
iuueniū & senectute, tractatu primo, capite quarto, aliud addit, Pueros calidores esse,
quia superiora puerorum membra (secundum proportionem) inferioribus maiora sunt,
hoc autem oculis percipitur. Addit etiam in libro De somno & uigilia, primam etatem
somniferam esse, ex multo calido in multum humidum agente. Ex his igitur omnibus
inferunt, puerorum caliditatem multo maiorem esse iuuenium caliditate.

At Galenus has sententias in libro De temperaturis, nullius momenti esse iudi-
cat. Nempe si de calore ipso qui est qualitas, loquamus: certum est, iuuenis caliditatem
puerorum caliditatem intensiorem esse. Quod Galenus expressissime sentiret. At si de
innato calido uerba faciamus, ipse per hunc calorem, aqueum & aereum calidum intel-
ligit, ut superius dictum est. Constat uero hunc calorem in puer maiores esse, quām
in iuuenie, quia in iuuenie paulatim humiditas nativa, quę ex semine dicitur, consumpta
erat. Nec credere oportet, calorem iuuenium puerorum calorū aequalem esse, ut recētes
putant: sed puerorum calor, iuuenium calore intensior est: præsertim per calorem, sub-
stantiam calidam, aquam & aeream intelligentes. Vnde comparantes calorem pueri
pro qualitate ad subiectum suum, & calorem iuuenium pro qualitate ad subiectum iuue-
num: calor pueri de suo subiecto magis resolut, quām iuuenis calor: quia pueri subie-
ctum, humidum aereum est: iuuenis uero subiectum, siccum: ut Galenus in calore respe-
ctu corporum siccorum & humidorum exemplum ponit. Si uero calores penes solam
qualitatem comparentur, certum est, iuuenis calorem magis mordacē esse, quia in sub-
iecto sicco calor est intensior, quām in humido. Ex hisq^u omnia illa facile solues, quæ à
recentibus dicuntur in hac materia, & dubitantur. Hippocrates etiam (ne quicquam
omittamus huic negotio cōmodum) prope finem libri De hominis natura, de cre-
scen-
tibus inquit. Non aliénum est scire, hominem prima die supra quām possit esse calidissi-
mum, nouissimā autem frigidissimū: necesse enim est calere corpus quod adolescit, &
ad uires incrementumq^u tendit: è diuerso illud supra modum frigere, quod cœperit abo-
liri, & tanquam matrum ac uictum atq^u caducum, in ruinam præceps festinare. Atq^u
hac ratione homo prima die quanto maximum suscipit incrementū, eo magis calescit:
& reliqua quæ sequuntur ad hoc propositum maxime facientia.

G A L E N V S

DI C T V M est à nobis pleniū, etiam in cōmentarij De temperaturis, quomodo
nonnullis medicis usum est, eos qui in iuuentæ uigore consistunt: nonnullis uero
pueros esse calidores. Habent enim hi quidem calorem acutiem, hi uero abiudicem.
rem. Nunc uero etiam necessariū est dicere, quātum ad præsentem locum conductit, ser-
mones quoad fieri potest in pauca coniūctives. Hoc igitur uerbū ipsum Calidū, aliquan-
do transferimus ad qualitatē, cuius propriū nomen est caliditas: aliquādo uero denomi-
natū totū corpus dicimus calidū, a caliditate, cuius modi loquēdi uel plurimus in om-
ni uita usus est, qui etiā fuit apud antiquos, ueluti Theophrastus ostēdit in eo libro qui
De calido & frigido inscribit. Nam cū substātia corporea cōtrarias qualitates, caliditā-
tem, frigiditātē, humiditātē, siccitatē, uicissim recipiat, secundū substātiā quidē recipien-
tem

tem, cum corpus calidum nominamus, multum, uel paticum dicimus esse calidum, ad quantitatem substantiarum referentes. Et hoc dupliciter facimus, uno quidem modo in substantijs impermixtis, alio autem in mixtis. In impermixtis quidem, ueluti si duo haberent aquam æqualiter calidam in duobus inæqualibus labris cōtentam, alterum diceremus plus habere calidi qui maius labrum possideret, alterum uero minus. In mixtis tiero, ueluti si essent æqualia labra, sed inæquali mensura ex uino & aqua temperata, alterum ipsorum plus uini cōtinere, alterum uero plus aquæ diceremus. Cui modo etiam ille esset persimilis, si duo labra inæqualia supponeremus, æqua proportione tēperari. Non enim quam uero non ad substantiarum multitudinem sermonem referentes, sed ad qualitatē solam, hūic quidem alicui dicimus plus calidi inesse, hūic tiero minus: sicuti si ex duobus labris parem habentibus ad unguem magnitudinem, alterum quidem calidius, plus habere calidi diceremus, frigidius tiero, minus. Non tamē proprie tēpero, plus, utentes in hoc loco, cum melius sit dicere, uel magis, uel minus, uel uehementius, atque debilius, & similia uocabula, quæ nos solemus qualitatibus accommodare. Nam paucum, & multum in sola decet substantiarum quantitate seruare. Verum non in hoc tantum hūiustmodi sunt nominū abusiones, sed in pluribus alijs, quæ per uitam sermonē usurpamus, quod maxime fit in ipsa arte medicinali. Omnes si quidem morbos magnos, aut paruos nominant, quamvis substantiarum non sint, febrem magnā, febrem paruam, apoplexiā magnam, apoplexiā paruam. Sic & pleuritidem, phrenitidem, peripneumoniam, & omnes itidem alios morbos. Aduertere igitur oportet æquiuocationes, & cōsiderare quid sibi uelit semper unaquæque dictio dicentis. Si enim in altero significato nomen protulerit, nos uero in alio accipientes, sermonē redarguimus, non illum qui protulit (si uerum fateri uelimus) sed nostram potius existimationem redarguimus. Quod nonnulli uidelicet agunt, hoc loco, qui Hippocrati student contradicere. Nam ad qualitatem nomen calidi transferentes, conantur ostendere, hanc esse uehementiorem, his qui in ætatis uigore consistunt. Verum Hippocrates non ad hanc scilicet qualitatē, sed ad substantiam, in praesenti sermone refert id nomen. Nam substantia innati caloris aerea est, & aquæ, sicuti ex semine licet cōiectari, quod paucum omnino terrenā substanciali participat, plurimum autem aeris calidi, humidique, in se ipso continet, quemadmodum in cōmentarij nostris de semine ostendimus. Et quidem alterū nostra generationis principium sanguis menstruis uidelicet, humidum natura est. Cum igitur magis terrestre efficitur animalis corpus, tale autem quotidie efficitur, dum augetur, tunc licet ualde uehementer calidum extat, & igneum, substantiam tamen innati caloris paucissimam habet. Alioquin febricitantes diceremus plurimum habere calorem innatum, qui ne dum plus, neque priori habent æqualem. Bene enim temperata est caloris innati substantia. Ignea autem aduenticij. Et qui caloris aduenticij sunt per totum corpus effluxus fumei, fuliginosi, aridique, & acres. Contrà suavies, & bene temperati caloris nativi. Et tu hæc potes tactu discernerere. Nam sanorum calor uaporosus est, atque suavis, & tactu conueniens, nihil triste, nihil asperum, nihil mordax præ se ferens. Eorum uero qui febricitant, & præcipue hecatas febres, aut eas quæ ex putredine humortum ortum habent, acris est, & insuavis, ac mordax, & nostrum corrodens tactum. Salubris uero eius qualitas in pueris exquisita habetur. Sicuti plures eorum qui in ætatis uigore consistunt intenire contingit, calorem habentes mordacem, & non amplius humidum, ac uaporosum, neque aereum. Ne que mirum uideri debet. Oportet enim similem esse defluxum subiectæ substanciali, ut quando humida atque aerea substantia existit, tunc quod ab ea defluit, uaporosum est, atque suave. Quum uero terrestris atque arida, tunc & quod effluit, fuliginosum est, & acre, quod & in exterioribus evenit. Nam quæ ex aqua dulci, & calida euaporant, optima sunt, & uaporosa: quæ uero ex aliquo corpore solido exusto, fumea sunt, & acris. Quum igitur duæ substanciali sint, & hæc quidem suauem habeat caliditatem, hæc uero tristem, alteram quidem plurimam habent pueri, alteram uero hi qui in ætatis uigore consistunt, ut ad totius uidelicet corporis proportionem. Ut autem sermo sit naturalior totum ad elementa transferens, in hunc modum transfigam. Quum quatuor sint elementa, ex quibus omnia corpora sunt temperata, Puerile quidem corpus multum in se ipso continet aere, atque aquosæ substanciali, minimum terrestris. Contrà uero eo-

rum qui in ætatis uigore consistunt, à terrestri siccitate obtinentur, deficit autem aqua, atque aerea substantia. Adeo ut si quartum in utrisque elementum, ignem scilicet pari portione posuerimus, atque æqualiter calida corpora esse uoluerimus, non tamen similem substantiam calidam in ipsis esse dixerimus, cum puerorum quidem substantia humida sit. Eorum uero qui in ætatis uigore cōsistunt, siccā. Humida si quidem est maximè innati caloris affinis, quia ex humido nostra est generatio. Siccā uero adūticij caloris est propria. Sic quidem infantes recenter natī substantiā calidam aquosam plurimam participantēs, plurimum dicerentur habere calorem innatum. Qui uero æta te uigent, & iam declinant, quantū istæ deficiunt, terrestris uero superabundat, tantum habere minorem substantiam natui caloris, & ipsi putarētur. Quod uero ex aquosa, & aerea substantia plus defluere sit necessarium, quam terrestri, etiam si ambæ sint æqualiter calidæ, secundum qualitatem, neminem arbitror dubitare. Hoc tibi etiam in exterio ribus liquido licet intueri. Nam ex corporibus quæ ad similem perueniunt caliditatem, non æqua portio uidetur defluere, sed ex siccis quidem minimū, ex humidis uero plurimum. Statim igitur aqua, & oleo mediocriter calefactis, plurimum defluit, atq; dissoluitur. Ex ferro uero, & aere, atq; lapidibus, minimum. Adeo quod si tibi libuerit expone-re ad solem ardentem aquam, si ita contigerit, & ferrum æqua mensura, deinde transac-tio die ambo perpendere, aquam quidem inuenies multo seipsa minorem effectam, fer-rum uero æquale. Sic & si uelis oleum, æri, & ferro, & lapidi comparare, illud quidem absumptū inuenies, hæc uero æqualem substantiam moleri retinientia. Hinc uero ad ce-ram, & picem bitumenq; & resinam transcendens, & quæcunq; alia plurimam substan-tiam humidā obtinet, uidebis & hæc sub sole calente multo magis absolum, atq; deflue-re, quam lapidem, æs, & ferrum, & alia admodum siccā. Quare si necessariū est ali-men-tum, ut quod effluxit ex corpore suppleatur, ex humidioribus uero, & plus aeris partici-pantibus, multo plus effluat, fit ut huiusmodi corpora pluri egeant aliumento. Puerorum uero corpus tale existit, plus humidæ, & aereæ substatiæ obtinens, non sicuti futuenum, & declinantiū, ac senum, siccæ, atq; terrestris. Hippocrates igitur cum hoc in libro pro-posuisset compendiosam, atq; aphoristicam doctrinā facere, non ita sermonem ampliauit, quemadmodum ego nunc, sed loco illorum uerborum: Quæ augmentur corpora, & si æqualem habeant substantiā calidam, atq; igneam, cum his qui in ætatis uigore con-sistunt. Aquosæ tamē, atq; aereæ substatiæ plus habent, quæ augmentur, dixit: Plurimum habent innatum calorē, simul memoriarē subiiciens ipsorum substantiam, & simul etiam propositum demonstrans. Quia enim humidam, & calidam habent substantiam, quæ augmentur, idcirco plurimum ab ipsis defluere sit necessarium: plurimo autem egent ali-mento, alioquin corpus, inquit, absumi. & recte inquit. Vbi enim id quod defluit pluri-mum est, quod uero influit paucum, hic necesse est subiectam corrumpi substatiā. Se-nibus uero paucum ineſt calidum, siue quis ad qualitatem sermonē referat, siue ad sub-stantiā. Nam & qualitas debilis, & substantia minima est, si quidem eorum memini-mus quæ supra diximus. Ob hoc igitur inquit, quod paucis fomentis indigent. Nam fomenta alimenta nominauit, suo & aliorum nobilissimorum philosophorum dogmati consentaneæ, quæ eorum quæ animalia constituant elementorum, ignem maxime uitæ esse causam existimarent. Sicuti enim lucernarū flammæ, quarum tamen oleum est ali-mentū, si quis id totum simul superinfundat, extinguitur potius q̄; nutritantur. Eodem modo & in senibus, calidum sui fomentū quidem habet alimenta: si uero multis & totis simul opprimatur, ac quodāmodo stranguletur, periculum est ne extinguitur. Sicuti & si paruae scintillæ ignis lignorum moltitudinē superacerues. Quod autem subinfertur: Et propterea febres senibus non similiter a cutæ sunt: signū est & hoc ipsum, quod cor-pora senum frigida sunt, & quod ob innati caloris maxime conuersiō ad igneam na-turam accēdit febris. Verum tantam eueniē senibus conuersiō, ut æqua sit ei quæ iunioribus accidit, uix fieri potest. Multum enim calidum prompte in immensum attol-litur, paucum uero non facile, sed maximam exigit causam quæ cogat ad hoc. Ob hanc igitur causam necq; senes magna ex parte febricitant acutas febres, sicuti iuniores, & si quando rarenter talis his accidit febris, qualis fuuenibus, omnino hæc ad interitū ægro-tantis terminat. Indicio est enim immensam quandā esse causæ febrem facientis magnitudinem

tudinem. Hæc sufficere possunt his, qui secundum naturam se habent, ad intellectiōnēm & fidem eorum quæ scripsit Hippocrates. Ad eos uero qui per calumniam Hippocratēm reprehēderunt, ē quorum numero unus fuit Lycus, nos unum integrum uolumen scriptissimus aduersus ea quæ contra aphorismū perperam obijcituntur. Huic talem titulum fecimus: Ad Lycum, quod nihil erratum sit in aphorismo cui principiū, Quæ augentur, plurimum habent innatum calorem. Datus autem est mihi Lyci liber, post scriptos à me commentarios, unde ego postmodum his hæc uerba subiunxi, quæ non sunt in his quæ prius adideram. Scorū autem in alio uolumine defendi Hippocratēm, in his in quibus fuerat à Lyco reprehensus.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, quod in libro De temperaturis, in secundo potissimum, de his differuit, ostendens nōnullos medicos putasse iuuenes calidiores, alios uero pueros; sed iuuenes calorem habent θειμότερον, idest acutiorem, pueri uero πλιόν, idest abundantiorē. Nunc etiam eadem repetenda sunt, quæ & si longissima sint, tamen quanto breuius fieri poterit, illa contrahemus. Scito etiam quod hæc eadem in libro aduersus Lycum copiosissime referuntur.

Quod legitur, Habet enim hi quidem calorem acutiorem. Iege, illi quidem calorem acutiorem: nam refert iuuenes, qui longius dicitur sunt.

Quod etiam legitur, Sermones quoad fieri potest, in pauca coniūcientes, addenda est particula Longos: nam Græce tota sententia ita legitur, ἀνάγλυφης καὶ νῦν ἐπέκει ὅσης τῆς παρόντα χρονιου, ὡς ὁλίγας λεξίσιν, ὡς οἷος τε μακρος ποθελαβόντας λέγεται. idest, Nunc uero etiam necessarium est dicere, quantum ad præsentem locum cōducit, sermones Longos quoad fieri potest, in pauca coniūcientes.

SECUNDUM Galenus docet, hoc nomen Calidum, quādōq; significare qualitatēm ipsam puram, quandoq; subiectum ipsum calidum, quod ostendit & ex cōmuni loquuntiū, & ex Theophrasto in libro qui De frigido & calido inscribitur.

TERTIO docet, cum subiectum uel substantia quatuor qualitates recipiat, si consideremus substantiā ipsam quæ recipit, dicentes, Corpus calidum: possumus & multum & paucum calidum dicere, ad substantiā quantitatē referentes. Sed hæc relatio ad substantiam potest duobus modis fieri, in substantijs impermixtis & simplicibus, & in substantijs permixtis. Exemplum in substantijs impermixtis, si quis haberet aquam aqua liter calidam, sed in duabus labris contineretur, altero maiore, altero minore, loquentes de substantia calida diceremus, maius labrum habere plus calidi, minus labrum, minus calidi. Exemplum deinde ponit in substantijs permixtis: si essent duo æqualia labra, sed in uno essent duodecim libræ uini & octo aquæ, in alio duodecim libræ aquæ & octo uini: in primo diceremus plus uini esse, in secundo plus aquæ. Tertium exemplum: si duo labra essent inæqualia, sed plena essent aqua & uino æqualiter mixtis, in maiorī dicemus esse plus uini & plus aquæ, in minori minus.

Qd legit, Viciſſim recipiat. illa particula Viciſſim, Græce est γε μέγε, idest In parte. Quod etiam legitur, In duobus inæqualibus labris, hæc particula Labris, Græce est γε δέσμη. δέσμη uero cisternam significat.

QUARTO docet, uocabulum Calidum, quādōq; referri ad qualitatēm, & non ad substantiam: itaq; dicimus, Huic quidem plus calidi, illi minus: ut si sint duo labra æqua lia magnitudine, & in uno sit intensior caliditas, in alio remissior; illud in quo est intensior, dicimus habere plus calidi: in quo uero remissior, minus calidi. Tamen notat Galenus, quod non est proprius huius uocabuli Plus, uel Minus, usus: sed melius esset dicere, uel Magis, uel Minus: uel Vehementius, uel Debilius: aut alio simili uocabulo, quo utimur in qualitatibus: quia Paucum & Multum, proprie in substantiā qualitatib; dicuntur. Tamen hæc nominum abusio in multis alijs rebus est, potissimumq; in re medica; nam omnes morbos, magnos & paruos dicimus, & febrem magnā & paruam, & morbum lateralem & phrenesim, & alios similes multos: unde semper equivocationes sunt considerandas: nam si quis in altero significato nomen proferat, nos uero ipsum in alio accipimus: tunc humc virum redarguentes, sermonem redarguimus, non ipsum hominem: sed potius nos ipsos, qui male intellexerimus.

Quod

Quod legitur, Sicut ex duobus labris parem habentibus ad unguem magnitudinem illa particula Parem Græce est ἀριθμός, i. diligenter.

Quod etiam legitur, Sed nostram potius existimationem redarguimus. Hæc particula Existimationem Græce est ὑπόληψις, quod significat opinionem, suspicionem.

Q UINTO docet nonnullos esse, quibus curè est Hippocrate reprehēdere, nomen calidi ad qualitatem transferentes, & ostendentes hunc esse in iuuenie uehementiorem; sed Hippocrates in hoc loco non ad qualitatem, sed ad substantiā refert sermonem, quia innati caloris substantia aerea est & aquæ, ut ex semine appareat, in quo parum quid terrei est, multum aeris calidi & humidi continens, ut in libro de Semine ostendit. Adde alterum nostræ generationis principium, quod est sanguis menstruus, esse humidū. Cum ergo animal magis procedit in ætate & crescit, tunc & si uehementer calidum existat & igneum, tamen habet paucam innati caloris substantiā. aliter nos diceremus, febricitantes plurimum habere calidi innati, qui non solum plus, sed neq; priori habent æqualem, nam calidi innati substantia temperata est, calidi autem aduentitij ignea. Et effluxus calorū aduentitij, qui per totū corpus sunt, fumei, uaporosi, aridq; & acres sunt, effluxus autem calorū innati suaves, & bene temperati sunt. Quod tu potes actu discernere, nam sanguinum calor uaporosus est, atq; suavis, tactu cōueniens, nihil imprimitur triste, nihil asperum, nihil mordax: sed febricitantium calor, præsertim eorum, qui hectica, aut putrida affectū sunt, acris est, & insuavis ac mordax, & nostrum corrodens tactum. In pueris eius qualitas est salubris. In aliquibus iuueniis calor est mordax, & non humidus, nec uaporosus, nec aereus, neq; istud est mirum. nam oportet defluxum similem esse substantiæ à qua defluit. nam si substantia sit aerea & humida, id quod ab ea defluit, uaporosum est, atq; suave. At si lapidea sit atq; arida, quod effluit sumosum est, fuliginosum, atq; acre. Hoc idem in extrinsecis rebus uideri potest, nam ex aqua dulci & calida uapores qui eleuantur, optimi sunt, & uaporosi: qui uero ex aliquo corpore solido exusto fumei sunt, & acres. Ad rem igitur, Cum due substantiæ sint, una suauem habens caliditatem, altera tristem, primam habent pueri, quæ & plurima est; alteram ætate uigentes, secundum tamē suorum corporum proportionem.

Quod legitur, Qui nedum plus, neq; priori habent æqualem, Græce est οἱ τινες οὐχ ὅταν ταλαιοί, ἀλλ οὐ δέ λεπτόδειροι ἵστοι ἔχοντες, i. qui nedum plus, sed neq; priori habent æqualem.

Quod etiā legitur, fumei, fuliginosi, aridq; & acres, Græce est καπνώδεις ηγετικοὶ λιγνώδεις, ηγετικοὶ ξηροὶ, ηγετικοὶ μετατοπικοί.

Quod etiam legitur, & tactu conueniens, Græce est, καὶ οἰκέογ τῆς ἄφη.

Quod etiam legitur, Salubris uero eius qualitas in pueris exquisita habetur, hæc particula, exquisita habetur, Græce est ἀριθμόν τα.

Quod etiam legitur, Cum uero terrestris atq; arida, in aliquibus contextibus eodem modo legitur ἡνίκα δὲ γεωδης ηγετικός, in alijs legitur λιθώδης ηγετικός, i. lapidea, atq; arida.

In eo quod statim sequitur, Tunc & quod effluit fuliginosum est, & acre, deest particula, sumosum. nā Græce legitur τυρικῶν τα ηγετικοὶ ἀπορρέοντες καπνώδεις γιγνεταὶ ηγετικοὶ θοιμοί. i. tunc & quod effluit, sumosum fit, & fuliginosum & acre.

S E X T O Galenus ut magis naturalem faciat sermonem, ipsum ad elementa transfert quæ cum quatuor sint, ex quibus omnia corpora sunt, puerile corpus multum in se habet aereæ atq; aquosæ substantiæ, minimū terrestris, è contrario se habent qui in uigenti sunt ætate. Si quartum elementū, i. ignem in utrīsq; pari portione posueris, atq; æqualiter calida corpora in ipsis dixeris, cum puerorū substantia sit humida, uigentium sicca, humida est natuū caloris affinis, quia nostra generatio ex humido est. Sicca uero aduentitij calorū est propria, hoc modo pueruli nuper nati, qui substantiam calidam & aquosam plurimum participant, plurimū calorem innatū habere dicentur. Sed qui in uigore sunt, & iam declinant, quantum istæ deficiunt, terrestris uero superabundat, tanto ipsi minorem habere natuū caloris substantiā putarentur. At quod plus resoluatur de aquosa & tenui substantia, q; de terrea & sicca, etiam si in caliditate sint æquales, nulli dubium est. Immo hoc possum in exterioribus facile cōmonstrare, nam si aqua & oleum calefāt, & æs, ferri, & lapides, ex aqua & oleo plurimū defluit, atq; dissoluitur, ex ferro, ære, & lapidibus

minimum. Si enim soli hæc exposueris, deinde uesperi pôderes, ex aqua & oleo plurimū cōminutum esse, ex ferro & cœre nihil. Immo si acceperis & illa quæ sunt quidem humida, sed aqua crassiora, ut cera, bitumen, pix, & resina, haec soli expolita multū cōsumuntur. Ad rem igitur, cum necessariū sit dare alimentum, ut id quod ē corpore defluxit, restau-retur, ex humidiōribus autē & plus aeris participantibus, ut sunt pueri, multo plus effluvit q̄ in uigentibus, & sensib⁹. Ideo pueri quia plurimum habent calidū innati, i. substantiæ aereæ aquæ, plus cōsumunt, & pluri egent nutrimento, Quod breuissime ab Hippocra-te dictum est, quia aphoristicam doctrinam tradit.

Quod legit̄, plurimū defluvit atq̄ dissoluitur, Græce est πλεῖστον ἀπορρέει τὸ διαφορεῖται.

Quod etiam legit̄ ad solem ardenter, aquam, Græce est ἐπὶ λιον θερμότερη τὸν ὑδωρ, i. ad calidissimum solem, aquam.

S E P T I M O ad senes sermonē conuertit, qui ratione utriusq; significaticalidi, s. qualitat̄, & substantiæ calidæ paucū habent calidū innatum, nam qualitatē debilem habent & substantiā minimā, & ideo paucis eḡt somitibus, nā ὑπεκκαματί, i. fomenta, προφάσ. i. nutrimenta uocant Græci philosophi & maximī, putantes calorem esse uitæ causam, sicuti enim lucernarum flāmæ, quarū oleum est alimentū, si quis ἀθρόοι, i. collectū totum infundat oleum, extinguuntur potius, quam nutritantur, Eodem modo in senib⁹, eorum calidū, pro fomento alimenta habet. At si multis & una uice simul alimentis nutritantur, opprimuntur, & periculū est ne stranguletur, & extinguatur, sicuti si paruæ scintillæ ignis lignorum congeriem superacerues.

Quod legit̄, Senib⁹ uero paucū inest calidū, hic defluit multa uerba, nam tota sententia hæc est, γέρουσι δὲ ὀλιγοι τὸ θερμό. χούπις μὲν γε καὶ ἀμφὶ τὰ σημανότερα τὰς περ συγ-
γίας ὀλιγοι ὑπάρχει τὸ θερμό, εἴτε ἐπὶ τὴν πιοτύτη τὸν ἀναφίετον λόγον, εἴτε ἀδι τὴν ὅταν.
i. Senib⁹ uero paucum inest calidū, his enim iuxta utruq; nūcupationis significatum paucum adeit calidū. Sive quis ad qualitatē sermonem referat, sive ad substantiam.

Quod etiam legit̄, Ignem maxime uitæ esse causam, Illa particula, Ignem, Græce est τὸ θερμό, i. calidū.

O C T A V O Galenus docet Hippocraten dixisse non fieri acutas febres in senib⁹, ut ostenderet senes frigidos esse, Febris enim fit ex conuersione caloris innati in ignēū, ex quo loco habetur nō esse duos calores in febre, naturalem & pr̄ter naturam, sed esse naturalē auctum. Cum ergo senes sint frigidū, difficile uidetur, quod eorum naturalis calor adeo crescere possit, ut in ignēum uertatur, sicuti iuuenib⁹ cōtingit, unde acutas febres raro patiuntur senes. Et si quandoq; illis corripiantur, in interitum ducuntur.

Quod legit̄, & totis simul opprimatur, lege & totis simul coaceruatis opprimatur,
Quod etiam legit̄, Signū est & hoc ipsum, Græce habetur τεκμήριον τὸ τεσσαρέσιμον αὐτό.
i. Signum est hoc ipsi.

Quod etiam legit̄, sicuti iuniores, Græce est ὁμοιώς τοῖς νεοῖς.

Quod etiam legit̄, Indicio enim est immensam quandam esse causæ febrem facien-tis magnitudinem, Græce habetur ἵδειν τὸν γαρ ἐξαύτοις τι μεγεθος τὸν ἐγγαλομένος αὐτῷ αὔτιος.

Deniq; Galenus dicit hæc quæ dicta sunt sufficere posse ijs qui recte dispositi sunt ad bene dicta Hippocratis capienda. Sed cōtra eos qui reprehendunt Hippocratē, quorū unus fuit Lycus, integrum librū fecimus, nam Lyci liberum nactus sum postquam Apho-rismos interpretatus sum, unde uerba ista ultima subiunxi in hoc commentario, quæ in alijs non sunt, & in alio uolumine defendi Hippocraten in ijs, in quibus fuerat à Lycō reprehensus.

Quod legit̄, post scriptos à me cōmentarios, Lege post scriptos à me hosce cōmen-tarios, nam Græce habetur ἡδη γεγεννημένων τῶν δε τῶν ἴωσιν ματων.

APHORISMVS XV

VEntres hyeme, & uere natura calidissimi sunt, & somni longissimi, quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Et enim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis, indicio sunt ætates, & athletæ.

Brasavolus

BRASAVOLVS

A T A T E S ad rectam uictus rationem instituendam præcedentes Aphorismi ostendere. Nunc autem tempora ad eandem uictus rationem conferre demonstratur. Nempe cibis copiosius indulgendum est, cum innatus calor intensior fuerit. At hyeme & uere innatus calor intensior est, cum ob tempus, tu quia somni eo tempore sunt longissimi. In somno enim sit natu*ri* caloris contractio, ideo his temporibus corpora plenius alenda sunt, ex qua sententia uictus ratione in quoenam casu suscipere potes hyeme & uere. præter iā dictas uictus cōditiones, ratione aliorū temporū corpora sunt plenius cibanda. Huius rei rationem reddens Hippocrates inquit: tunc enim, i. his temporibus calor innatus plurimus est, propterea pluribus agent alimentis. Quod uero calor innatus causa sit, cur alimenta copiosiora præbere oporteat, ex aetatis, & athletis probari potest. neque aetates, ut pueritia pluri alimento indiget, quia plurimum habet calidi innati. Athletæ quoq; ob nimium motum, eorum corpora calida redditum, ideo pluri cibo indigent: unde & Hippocrates post principiū tertij libri De ratione uictus docet, in frigore non esse multū defatigandum, & ratione reddit inquietus. Cum hoc tempus frigidum sit & compactum, tardumq; simile quid & animalia patiuntur, corporaq; tarde labore necessario calescant, humorisq; minimū exercerit. deinde tempus quo labore, parvū datur, quo cesset multum: dies nanc; breuis est, nox longa, propterea tempus laboris modū non excedit. Tu reliqua perlegas, quibus docet secundū temporum uarietatem uictus ratione uariare, & tempora per ligna singulatim enumerat. Galenus quoq; in cōmentarijs De natura humana, sectione trigesima septima, eadem repetit ostendens hyeme uberioris cibandum. Idem Galenus in libro De renū affectibus eadem repetit. Oribasius hoc modo dubitat, Rogadus est nobis Hippocrates, quum dixerit coctionē non nisi caloribus fieri, quomodo hic ponit hyeme, & uere multū nos appetere, multumq; concoquere, cum tempus per se frigidū euaserit, & quid somnus ad uentre faciat. Bene autem Hippocrates hoc subiunxit, qui sciret non solū aetates, sed & tempora conuenire, docetq; nos uictus rationē. Etenim hyeme & uere plus appetitur & coquitur, quam aestate, uel autumno, quia calor naturalis in uentriculi cōcauitate, in qua maxime continetur, sicut dictū est, hyeme, & uere plurimum abundant, eo quod hyems frigida sit, & uer est ei uicinum: hanc ob rem necesse est, ut meatus illi inuisibilis, quos poros appellat, concludantur, & omnino cōstipentur. Atq; hinc feruor noster naturalis non inuenit per quod exhalarī & egredi possit. Continet ergo omne quod est intrinsecus, & celeriter obit ciborum concoctionem, cœu princeps & dominus qui cuncta disponit. Merito ergo plurimum cibi appetimus eo tempore, quod ut dictum est, feruor maximus, uel spiritus uitalis intrinsecus abūdet. Philotheus & ipse posteaquam huius Aphorismi introductionē posuerit (qua hæc est rūpēs ὁ ἡποκράτης μετὰ τῆς ἑωσὸν διδασκαλίαν ἐπὶ τῆς ὥρας, καὶ διδασκει ποιας θερμότερας ποιῶν τῆς κοιλίας, οὐ ποιας θυερμότερας, καὶ πέδος δὲ εἰς τὰς ἀπβλέπουσας διατάξ. idest, Nunc Hippocrates suis ipsius doctrinam ad tempora deducit, & docet qualia nam calidiores faciant uentre, & qualia frigidiores, & quomodo ad hæc respicientes uictum ordinare oporteat,) interposita etiam huius uocabuli, uenter, significacione eadem dicit, qua ex Oribasio præscripta sunt, inquietus, ἀττα οὖν ἡ κοιλία ἢ τῷ χειμῶνι θερμότερά εστι ἔωτα φύσει, ὅτι τὴν θύερμόν τοῦ τετρεκοντος ἀέρος, πιλησις καὶ τωκυωσι γίνεται τῷ πόρῳ. οὐ οὖν θερμοὶ ἔρχεται ἐπὶ τὸ σφραγθῆναι, καὶ οὐχ διρίσκει διέρθεσθαι. πυκνὸν γαρ τὸ σῶμα, καύτηνθι φέρεται ἐπὶ τὰ ἴσω, πάλιν χωρεῖ ἐπὶ τὸ ἔφω. οὐ τὴν πολυειδέα ταυτή κινήσι ἐκθεμανούμενον πολυπλασιάζεται, καὶ διερμότερον ἔσται τοῦ γίνεται, φύσει δὲ τῷ θερμού οὐτοις θερμαὶ σῆμα τὸ ἐναντίον. πάλιν ἢ τῷ ἔργῳ θερμάκατο ἄρχεται, καὶ ἢ τῷ μέσῳ. φύσει τοις ἄρχεται, φύσει τὸ ἐπικρατεῖ τὸ θύλακος. φύσει τοῖς μέσαις φύσει τὸν θερμότερον. idest, Ipsi igitur uentre in hyeme seipsis natura calidiores sunt, quoniam ob aeris ambientis frigiditatem, meatuum constrictio, & densitas fit. naturalis igitur calor ad difflationem accedit ut discutatur, & exhibet, & exitum non inuenit, quoniam densum corpus est, & hinc intro defertur, rursus progreditur ad exteriora, & multiplici specie motus calefactum,

multiplicatur, & seipso calidius fit. In aestate autem, ob contrarium ita calidi non sunt. Rursus in principio, & in medio ueris calidi sunt uentres. In principio quidem quoniam frigus pollet, in medio autem ob bonam temperiem. Eadem praeceps a peregrino interprete referuntur.

Αι κοιλίαι, id est, uentres, per quos omnem intrinsecam cavitatem intelligit, in qua coctio fiat, & spiritus atque sanguis immorentrur, tamen praecepue uentriculus, quem οὐσιόχον, id est, ciborum receptaculum Graeci uocant, intelligendus est. in ipso enim prima fit coctio. Eodem modo exponit Philotheus uocabulum uentres, inquit, κοιλίαις λέγων τὴν σποδόχον καὶ πάσας κοιλότητα γάρ βάθε καιμάνη, οἷον ἐγκεφάλος, παρεδίας, οὐκ ἀποτελεῖται λοιπῶν. id est, uentres uocans ciborum receptaculum, & omnem cavitatem in profundo positum, ut cerebri, cordis, & iecoris, & reliquorum.

χειμώνος καὶ θερμοῦ. id est, Hyeme & uere, de his temporibus quando secundum astrorum ortus & occasus fiant, secundum Hippocratem in tertio libro ostendimus, & ipse Hippocrates in tertio libro De ratione uictus haec perplane differit, simul edocens quae cibaria exhibenda sunt, & quo modo.

θερμόταται φύσει. id est, natura calidissimi sunt, hoc est calido naturali, est autem naturale calidum, innatum calidum. Calidum uero innatum (ut superius dictum est) sanguis est, aerea substantia, & spiritus, unde Galenus notat uentres non esse calidos simpliciter, sed natura, id est, naturali calore calidos; & ideo in octauo libro de Decretis Hippocratis & Platonis, ubi eundem Aphorismum adducit, probat de naturali calore Hippocratem intelligere. Idem facit in tertio De causis pulsuum libro, ubi addit, immo ne hi quidem scilicet uentres calidissimi sunt absolute, sed calore nativo. Causa uero cur naturalis calor augeatur, à Galeno ita refertur, qua & ab Aristotele in Meteororum libro sumi potest. nam calor nativus extrinsecum frigori persentiens, intus remeat, & uires colligit, ut extrinsecō frigori obsistat: sed aeterno tempore naturalis calor ad extrinsecum calorem, sibi ferre in calore affinem proficiat. Ob hanc igitur causam hyeme coctiones, sanguificationes, & nutritiones potiores fiunt, quam causam Aristoteles antiparastasim uocat. Eadem ratione uidemus puteorum aquas hyeme calidas esse, aestate frigidas, calore in hyeme ad centrum refugiente, aestate uero ad suum affinem proficiacente.

Καὶ ὑπὸι μακρότεροι. id est, & somni longissimi. hoc, inquit Galenus, contingens est, etenim quia noctes longiores, & somni longiores sunt. In somno uero naturalis caloris contractio fit, & ideo fortior efficitur, atque intensior: non solū intensior, eo quod calidū corpus, id est, sanguis & spiritus contracta sint, sed etiā uehementior, ob collectionē undique huius innati caloris, id est, sanguinis, aerea substantia & spirituum. De somni uero longitudine, & alias diximus, Hippocratem longitudini noctium attribuere. nam si noctes longiores non essent, somni longi non essent, quia noctu pro maiori parte tantum dormimus, die aliqui solum dormiunt. Calor uero innatus in somno & tempore noctis contrahitur, unde tempore hyemis est triplex contractio, & quae libet calidissimos uentres facit. Vna est contractio ob anni constitutionem, quae frigida est. Secunda contractio ob noctes: noctu enim naturalis calor contrahitur, interdu exiit; etenim tenebrae frigidæ sunt, lux calida. Est & tertia contractio propter somnum, quia ubi sunt longiores noctes, somnos etiam longiores esse oportet. Philotheus uero causam longitudinis somni talem assignat, inquit, διὸ τὸ πολὺς τροφᾶς τῆς σεβαστίνης ἀποικία γίνονται, διὸ τὸ κατὰ λόγου γενέσας τὰς πέντε. οἵτινες πολὺ τῷ ἐγκεφαλῷ ανίστρετος καθεύρασιον εἰσάντε, καὶ τῷ ὑπνῳ φέρουσι. id est, Quoniam ex multo nutritiamento exhibito, boni uapores fiunt (quippe coctiones per rationem fiunt) qui circa caput ascendent, ipsum humectant, & somnum faciunt. Oribasius ex longitudine noctium multos somnos fieri arguit. Additę somnum requitem esse totius corporis, in quo conuenient consuetæ operationes. At quia in somno natura cum uirtutibus obicit coctiones, unde nutrimentū necessario accedit corpori, ratio est pro his omnibus coctionē ciborū magnā fieri: & si quid superflū uel alienū in corpore nostro permanserit, in somno coquitur, uel desiccatur. Nam sicut dictū est, natura cū uirtutibus in somno & quiete

quiete operatur ea quae ad ipsam pertinent, sicut in uigilijs anima cum suis uirtutibus. *γε ταῦτησιν οὐδὲ πῆσιν ἀργοῖς οὐδὲ τὸ προσέργματα πλέων πλούτου, οὐδὲ γάρ τὸ ἔμφυτον θερμόν πολὺν, προφῆται οὐδὲ πλειονθερμόν ται.* Quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibēda, etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimētis. Ex hoc Galenus uoluit ostendī quid sit uentres esse calidissimos natura, idest calore innato. Est uero conclusio que infertur ex tempore, & somno, quia uentres hieme & uere natura calidissimi sunt, & somni longissimi, ergo copiosiora alimenta exhibenda sunt: quod probatur, quia innatus calor est plurimus, ideo pluri cibo indigent.

οὐκέτιον δὲ ἀλιξίας οὐδὲ οἱ ἀβλυτοί. i. Indicio sunt ætates, & athletæ hoc indicio probat, quod ubi calidum superabundat, plura opus sit exhibere alimenta. Est autem indicium ex ætatis sumptu, ex ætatis, quia que plus calidi innati habent, pluri egent alimento: ex athletis, quoniam ex multo exercitio calorē naturalem augent, propterera multis cibis uti possunt, & eisdē utuntur. Philotheus etiam dicit quod hoc de ætatis & athletis *ἀσ παραστήγυατι περιτταῖς πόντας γάρ πολὺ τὸ ἔμφυτον θερμόν.* i. Ac si exemplo utatur. In his enim multis calor innatus. Oribasius etiam dicit, pro hac re coactus est Hippocrates addere, & ætatum, & athletarum testimonia, ut sua in omnibus uera testaretur, & confirmaret.

Hippocrates in principio libri De uictus ratione priuatorū inquit, hyeme plurimum esse, minime bibere cōducit, postea quae sint sumenda cōmonstrat, inquiēs. Sed potionū uinū & meracissimū, cibo panis exhibendus est, obsonia erunt affa omnia, oleribus paucissimis hoc anni tēpore uti expedit. Sic enī potissimum corpus, & calidū & siccū euadet. Galenus uero prope cōmentationis finē inquit, edere nāc plurimū & ad alias anni partes, pér hyemē concedendū. Haud ignarus probe in Aphorismis esse dictū, Aestate & autūno cibos difficillimē ferunt, pér hyemē facillimē, mox uere. Quod siā condiscere cupias, quare hæc siā, docuit & hoc Hippocrates in Aphorismis ad eū modū, Vētres hyeme & uere natura calidissimi, quoniā aer nos ambiens frigidus cōstringendo cutē ingenuū calorē repellit, & in alto corpore concludit, qui aestate prospiratu euaporat, respiratione uero calidus aer attrahitur. Hippocrates deinde de uere agens, cibū respectū hyemis diminuendū esse docet, & Galenus in cōmentatione inquit. Ver ut in summorum medio temperaturam habet, ita quoq; medium uictus rationem requirit.

Si uero dicas in hoc Aphorismo ab Hippocrate nullam fieri differentiā hyemis, & ueris in cibi exhibitione, Respondemus id quidē uerum esse, sed tamen opus esse ipsum sano modo intelligere, nempe opus est per recessum ab hyemis frigiditate, quia innatus calor contractus est, etiā paulatim remittit innatum calorem, & uētres non esse adeo calidos. unde Galenus in fine cōmentationis huius Aphorismi, uer in tres partes distinguit, in primā partē hyemī proximā, in ultimā aestate, & in mediā, primā de natura hyemis esse dicit, tertiam de natura aestate, mediā in medio constitutā. Tamē semper admonet, quod in prima hyemis frigiditas seruetur, si debeat ut in hyeme cibari. Si uero cōtingat & secundam partē hyemis frigiditatē habere, tunc eadē ratione ut in hyeme cibare oportet, Immo & si tertia pars eandem rationē seruaret, eodē modo cibari oportet. nam Galenus non ex tempore, sed ex qualitate hoc iudicat. Cum etiam hyems tres partes habeat, si in ultima, que est ueri propinquā, non sit frigiditas suā naturae correspondens, sed iam inceperit aer caliditate ueris incalescere, ut apud nos sāpe fit, copiosiora alimenta exhibere non oportet.

Ex his cognosci potest, atq; percipi, hunc Aphorismū apud illos Indo s obseruari nō posse, qui perpetua aestate fruuntur, & qui sub æquatore uitā ducunt. Nam cum hyemē non habeant, nec etiam lōgas noctes, sed perpetuū æquinoctium apud illos sit, dīci non potest, quod hyeme uentres natura calidissimos habeant, & quod plurimus cibus illis exhibendus sit. Adde nec ista probari ab illis qui sub polo inhabitant, nam perpetuam hyemē habent. Semper enim sub eodem cibandi genere seruantur, nec dicere oportet, quod hi habeāt aliquid hyemī proportionale, illi aliquid aestate, nā in aliquibus locis hæc perpetua sunt. Adde in temperatis regionibus, quales sunt multe à Lusitanis nauigatiōnibus nuper inuentæ, hunc Aphorismū obseruari non posse, qui tamen in tota Europa, & in magna Asia, atq; Africā parte comprobari potest.

NON parum etiam tempora anni conducunt ad uictus rationem inueniendā. Nam hiberno tēpore plus appetunt homines, & cibū facilius concoquunt, contra in aestate, cuius rei causam ipse Hippocrates reddidit inquiens, Ventes hieme, & uere calidissimos esse. Quid autē sit, quod natura dicitur, & quōd non frustra id uerbum adiecerit in hoc aphorismo, ipse paulo post explanauit, inquit, Et enim calor innatus multus. Plurimo igitur indiget alimento. Ventes itaq; hieme, & uere calidissimi sunt, non simpliciter, sed calido naturali, cuius substantiam antea ostendit. Causam uero ob quam hic idem calor hieme augeatur, etiam Aristoteles dixit, refugit enim propter circumstan tem extrinsecus frigiditatem, sicuti rursus aestate ad sibi affīnē protēdit. Atq; ita contingit dissoluti quidem, ac dissipari eius substātiā tempore estiuo: contineri, ac cohēberi, & in profundū secedere hiemalī. Ob hoc igitur & coctiones, & sanguificationes, & nutritiones, hisce temporibus sunt meliores. Addidit aut & aliud ipsis contingēs, quod uide licet somni longissimi fiunt ob noctū uidelicet longitudinē, q; neq; ipsum parū cōfert ad nature opera. Quōd uero in fine adiçit. Indicō sunt estates, & athlētē, pro argumēto ponit, q; plurimū alimentū sit necessariū, ubi calidū superabūdat. Pueri siquidē quia calidū plurimū habēt, idcirco & pluribus indigēt, & plura cōcoquūt. Athlētē uero quia exercitiis augent calorē natūrā, ob id multis frui possunt alimētis. Quae igitur per aphorismū dicūtū, sufficierter expolūimus. Si quis uero de ipsis ueritatē diligētius examinet, non ad omnia animalia sermonē extendat, sed ea excipiat, quae in latibulis degūt. Hæc enim cū se recondunt, non egent plurimo alimento, si quidem & sine cibo possunt perdurare. Et si supposuerimus ea tanto uti cibo, quanto anteq; recondentur, male ipsum concoquerent. Quōd enim hominibus cōtingit, ex aqua frigida lotis, id etiam animalibus accidit hieme. Contingit autē hominibus, qui aqua frigida perlunguntur, si debile corpus habuerint, refrigerari, atq; offendit. Si uero robustum, primum quidē innatum calorē ad interiora refugere, & se ipsum colligere, postea uero ad exteriora remeantē, multo q; prius erat, fieri fortiorē. Sic & animaliū quecunq; sunt natura frigidiora, his calor innatus à frigore hiberno superatur, adeo ut fere extinguatur, quare plurima ipsorum similia mortuis apparent, cum sine sensu ac motu, in latibulis iacent, quædā uero omnino, & in hoc ipso affectu moriuntur. Quæ autē plurimo sanguine abundant, atq; calore, tale quid hieme patiuntur, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis, nam calor eorū ad interiora se colligit (non per Iouem carnibus ad hæc, prima sede derelicta, refrigerientibus) sed spiritu unā cum sanguine. Tria autem erant corpora, quæ primæ nostra naturæ substantiam compleuerunt, sp̄ritus, sanguis, & aera humitas, ex qua in primo ortu, uelut in librī De semine diximus, fiunt partes animalis solidiores, mox uero augmentum in ipsis perficitur. Quod igitur melius hieme cibūm concoquimus, sanguine, ac sp̄ritu ad profundū corporis retro cedentibus, unicuiq; est manifestū. Non modo igitur hoc ipsum dicit Hippocrates, sed q; plura accipere cōfert. Hisce enim temporibus inquit, hoc est hieme, & uere, plures cibī dandi sunt. At qui si parum defluit, ac dissipat hiberno tempore ad exteriora, plurimum alimentū non est corporibus necessariū, si quidem nutritio est eius quod euacuat morbos. Oportet igitur alimenti quantitatē esse, eius quod dissipat quantitatē, proportionalem. Verum igitur esse, q; quidam hieme non modo melius concoquunt cibūm, sed etiā q; pauca assūtūs refrigerantur, atq; ideo offenduntur, si uero plura assūpserint, in rūlos plethoricos incidunt morbos, ipse euentus ostendit manifeste. Causa uero inquisitio in commune proponatur, neq; enim adeo Hippocratem, quantum omnes alios, huiusmodi inquisitio fatigat. Nemo itaq; est, qui non consentiat, dissipari corpora animalia, ea quæ fit per sensu occulta foramina dissipatione. Idcirco em ad hoc deueniunt, ut egeant alimento, quoniam euacuantur. Quod si nihil à corporibus nostris effluget, sed semper æqua moles substantia seruaretur, nulla foret alimenti necessitas. Tu uero animaduerte, si hac in parte alijs quidem omnibus ratio est inexplicabilis, soli uero Hippocrati, atq; eius sectatoribus est explicabilis. Neque enim aliud quicq; animal ab initio asseverauit, sicuti neq; rursus adauxit, aut usq; ad mortem enutriuit, præter q; iste calor innatus, de quo nunc habetur sermo. Hic enim est omnium operum naturālium causa. Quia uero plurimus est hiberno tempore, idcirco cibī appetentiam intēndit, coctiones

coctiones auget, & plus sanguinis cumulat, & crassius efficit corpus, & ut superfluitates
 excernantur prouidentia habet. At calor circumclusus, non modo superfluitates, sed om-
 nia evacuat æqualiter, materiam inutilem, & ea etiam quæ in corpore secundum natu-
 ram continentur unà dissoluens, per eam quæ à medicis occulta diffatio nominatur,
 quam calor innatus operatur. Neq; enim aliud quicquid est natura animalium præter
 hoc calidum, secundum Hippocratis opinionem. Ostensum autem à nobis est in com-
 mentarijs De uiribus naturalibus, non solù appetens, atq; conficiens, agglutinans, sin-
 gulis partibus proprium natura alimentū, sed & huius dissoluens superfluitates, & quan-
 to fortius extiterit calidum innatum, tanto magis diffatio effugit sensum. Et ob hanc cau-
 sam Diocles inquit, sudores esse præter naturam, quoniam omnibus quæ ad corpus at-
 tinent, recte administratis, & alimento à natura subacto, nunquam sensibilis humor per-
 cutē excerneretur. Quæcunq; enim in balneis, uel uehementibus exercitijs, uel propter
 aestuum calorem, excludant homines, ex causis uiolentis originem habent. Bene igitur
 omnia tempore hiberno in corpore animalis administratur, quando hyems mediocri-
 tatem seruauerit. Nam immoderatas int̄peraturas & ipse Hippocrates in sequentibus
 damnat. Quod autem omnia bene hyberno tempore in corpore animalis administren-
 tur, indicio sunt naturæ opera fortiora, nam cibi in uentriculo concoquuntur, quoniam
 calor innatus plurimus est, & in somnis longioribus superfluitates expurgantur. Quæ
 quidem exquisite extenuantur, per cutem: que uero in uapores conuertuntur, per expi-
 rationem: que uero sufficientem habent crastitudinem, per urinas. In his enim plus est
 sedimenti, quam per aestate, præter id q; etiam tota urinarum multitudo hyeme sufficien-
 ter augetur, & quidem nutriuntur, & secundū carnem augētur corpora hyeme magis,
 & plus optimi sanguinis cumulant, nisi malo omnino utantur uictu. Nam si considera-
 ueris quod corpora nostra paucum habentia sanguinem autumni tempore, atq; exte-
 nuata, suscipiēs hiems bonis implet humoribus, & crassiora efficit, hinc (ut puto) per-
 cipies, nos gubernantis robur facultatis, quæ est calor innatus. Verum nisi hic abundas
 habeat, quo fruatur, alimentū, primus ipse à circumstante frigore superabitur, tam ab eo
 quod extrinsecus ingruit, quam ab illo quod per inspirationē attrahitur. Cū ipso uero, &
 coctio ciborum debilitabitur, & optimi sanguinis generatio, & partium animalis entri-
 tio, & superfluitatum expulso. Si uero tantum habuerit alimentū, quantum potest per-
 uiuere, hoc copiose perfruetur, & ipse magis augebitur, atq; omnia quæ antea diximus
 circa corpus animalis perficiet. Verum quod ex plurimo alimento oblato, quod non so-
 lum bene in uentriculo conficiatur, sed etiam in uenis, & toto animalis corpore, unum
 quodq; animal carnosus reddatur, & plus sanguine abundet, habent homines satis ipsa
 experientia compertum, non in se ipsis tantum, sed etiam in iumentis. Nam ante estatis
 initium, circa ultimā ueri partem, & sibi, & illis sanguinem detrahunt, quoniam ad me-
 moriam reuocant, quibus capiantur morbis, quando repente calor aestiuus superuenie-
 rit, hic enim amplius sanguinem extēdit, atq; diffundit & quodammodo effeuere facit,
 adeo ut quod hactenus modicum fuerat, non possit amplius in uenis contineri, sed uel
 disrupat ipsas, uel exedat; & quodammodo impetum fecerit ad aliquam corporis partem, alijs
 debiliorem, uel in ipsa inflammationem, uel erysipelas, uel aliquod aliud morbi genus ope-
 retur. Nam multo plures, ac grauiores morbi quibus plenitudo dedit occasionem, ex hu-
 morū suā fusione. Hæc igitur omnia alijs adstipulātur, que cūq; in præsenti aphorismo
 Hippocrates docuit, & hoc quoq; probat, non solū posse per id tempus multos coquere ci-
 bos, sed etiā multis indigere. Séper emi oportet alimenta esse innati caloris multitudini
 proportionalia, nisi forte aliquando ex aeris ambientis qualitate fusio adueniēs (ut dixi) co-
 gat subtrahere. Quare cū de uere Hippocrates sermonē fecerit indistinctum, ego distin-
 guā. Primū q; suum habeat initii hyemi simile, magis quām estati, & finē cōtra. Deinde
 quod nōn unquam tales habeat frigiditatē, quem tempus hibernū. Aliquando tales
 quem tempus aestiuum caliditatē. In primis igitur partibus eius, & si quando frigidum
 fuerit, hiberna similem rationem uictus adhibebimus. In posterioribus autē, & si quan-
 do fuerit calidius, aestiuē similem. Quod si medium seruauerit temperaturam, illi uictum
 proportionalem instituemus. Hæc quidē omnia de uictus ratione quam sanis oportet
 adhibere dicuntur. Deinceps autem de illa quæ ægrotis cōuenit sermonem faciemus.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet anni etiam tempora ad uictus rationem inueniendam conducere. Nam hyeme plus appetunt homines, & melius concoquunt. è contrario aestate, & estatio, quia uentres hyeme sunt calidissimi. Intellige autem calidissimos esse naturali calore, & nō simpliciter, & causa cur sit intensior hyeme hic calor, ab Aristotele etiā dicitur in libris Meteororū, quia peruentis frigiditatem extrinsecam contrahitur, estate autem ad sibi affinem pertenditur, unde aestate dissoluitur eius substantia, hyeme uero continentur & uehementior efficitur. Vnde hyeme haec opera naturae quae se consequuntur, coctio quae fit in uentriculo, sanguificatio, quae fit in iecore, & nutritio, quae fit in toto corpore, meliora sunt.

Quod legitur, Cuius rei causam ipse Hippocrates reddidit, inquiens, uentres hyeme & uere calidissimos esse, græce habetur, ἀντὶς ὁ ἵππος φρεστὸς εἰς τὸν θερμόν μὲν τὸν πολικὸν καὶ τὸν θερμὸν τάχας εἴναι φύσει.

Quod etiam legitur, Atq[ue] ita contingit dissoluī quidem ac dissipari eius substantiā tempore aestiuo, græce est, καὶ στὸν συμβαῖνειν θερμοφορεῖσθαι τὸν πόλικὸν τὸν πολικὸν δέρει. i. Atq[ue] ita contingit discuti quidem ac dispergi eius substantiā tēpore estiuo.

Quod etiam legitur: Contineri ac cohiberi, græce est, συνεχεῖσθαι καὶ σφίγγει. i. Contineri ac constringi.

S E C U N D O docet, addi ab Hippocrate longissimos esse hoc tempore somnos, ob noctū s. longitudinem, quod etiam plurimum confert ad naturae opera. i. ad opera uirium naturalium.

T E R T I O docet, Athletas, & xates pro exemplo posita esse, ut ostendatur plurimum alimentum esse necessarium, quando calidum est plurimum. nam pueri, quia plurimum habent calidi innati, plurimo egent alimento. Athlete, quia exercitijs natuum calorē augent, ideo multis alimētis uelcūtur. Hæcç pro Aphorismi expositione satis sint.

Quod legitur, & plura concoquunt, græce est καὶ πορευονται. i. & conficiunt.

Q V A R T O nota medicam facultatem de omnibus animalibus esse. nam hic illa excipit animalia, quæ in latibulis degunt, ut sunt Alpini mures, Marmotæ vulgo dictæ, Glires, quæ animalia per totam hyemem sine alimento uiuant. Ipsiſ enim idem contingit, quod hominibus aqua frigida aspersis, si debiles sint, refrigerantur & offenduntur. Si uero fortes, in primis calor quidem contrahitur, sed postea uehementius influit: ita illis animalibus euennit, quia hyberno frigore asperfa superantur, & offenduntur, unde si ne sensu & motu latent, & aliqua moriuntur. Sed hoc idem hominibus contingit. Imbecilles enim ab hyeme offenduntur. Mediocres calorem habent intensorem, sed contratum. Robustissimi uero inueniuntur, qui calorem habent intus & foris ingentem, ut illis contingit robustis qui aqua frigida perlunguntur, & non contrahitur calor. hoc cuique uidere licet in aliquibus robustissimis (& nos frequenter experti sumus) qui in profundissima hyeme nedum intrinsecas partes, sed & extrinsecas calidas habebant. Interim uero Galenus docet innatū calorē esse sanguinem & spiritus. Nam tria esse corpora ostendit quæ primæ nostræ naturae substantiam complent, Spiritus, Sanguis, & Aeræ humiditas, ex qua fiunt partes solidiores, & in istis augmentū perficitur.

Quod legitur, Quæ in latibulis degunt, græce est τὰ φωλεῖα. i. latitantia.

Quod etiam legitur, Multo quam prius erat, fieri fortiorē. Lege multo pleniorē, quam prius erat fieri. Nā græce legitur πολὺ πλεονεχεῖσθαι αὐτοῖς ἐπαρχόσις.

Quod bis legitur in hac parte, ad interiora, græce est ἢν τὸ βαθεῖ. i. in profundo.

Si Galeni locum de reuerberatione caloris innati in his qui aqua frigida abluitur, scire percupias, ipsum lege in tertio libro de temperaturis capite penultimo.

Q V I N T O Galenus insert. Vnicuique notum esse, nos in hyeme melius cibum concoquere, Sanguine ac Spiritu ad profundum corporis retrocedentibus. Sed præter hoc addit Hippocrates, plura insumi posse alimenta, & plura danda, tamen cum nutritio sit eius quod euacuatur repletio. Si hyeme parum defluit, parum dandum, Si multū defluit, multum dandum. Opus enim est alimenti quantitatē quantitatē eius quod defluat esse proportionabilem.

S E X T O docet, quosdam esse, qui non solum hyeme melius concoquunt, sed etiā si quæ

si quæ pauca cibaria insumpserint, refrigerantur & offenduntur. At si plura acceperint alia
menta, in nullis plenitudinis morbos incident. Quod ex euentu perdiscere poteris: nam
Hippocrates non fatigatur hac inquisitione, ut alij faciunt.

SEPTIMO docet, Nullum esse qui non fateatur animalium corpora per insensibiles
meatus difflari, unde quia evacuantur, alimento indigent: propterea si nihil ab humano
corpo efflueret, nulla esset alimeti necessitas. Tuq̄ cōsidera, si in hac parte alijs omnib.
ratio est dubitabilis, soli uero Hippocrati non dubitabilis. nihil enim est, quod ab initio a-
nimale afformauerit, uel adauxerit, uel usq; ad mortem enutruerit, præter quam calor inna-
tus, de quo nunc agit Hippocrates. Hic igitur est omnium operum naturalium causa, qui
cum hyeme plurimus sit, cibi appetentiam incendit, coctiones auget, sanguinem cumulat,
crassius efficit corpus, & excernendi superfluitates prouidentia habet, sed calor præ-
ter naturam omnia tam bona, quam mala æqualiter evacuat: unde apud Hippocratem
nihil aliud est natura animalium, quam hic calor. Immò & aliqui putarunt hunc calorē esse
animam, sed nos ostendimus in libro De uiribus naturalibus naturam appetentem, con-
scientem, & singulis partibus proprium alimentum adglutinantem, & has superfluitates
dissoluentem. & quanto uehementior est innatus calor, dissolutio tanto magis sensum effu-
git. unde Diocles inquit, sudores esse præter naturā, ob hanc causam, quia omnibus quæ
ad corpus attinent recte administratis, & alimento à natura subacto, nunquam sensibilis
humor per cutem excerneretur. Nam sudores, qui in balneis fiunt, uel uehementibus ex-
ercitijs, uel ob aestuum calorem fiunt, ex causis uiolentis originē habent. Igitur cum hy-
ems mediocritate seruabit, omnia recte in animalis corpore administratur, nam si hyems
immoderata habuerit intemperaturam, haec euariabit, & ipsam Hippocrates damnat.
Quod legitur, Iccirco enim ad hoc deueniunt, ut egeant alimento, quando evacuan-
tur, grece habetur. φωνεόν γνώσθε εἰς χέαν προφῆταις ἡκειρότητα, id est, manifestum e-
st quod evacuantur, & in eo quod ad indigentiam cibi deueniunt.

Quod etiam legitur, Aequa moles, grece est ἀρχαῖος ὕγρος, id est, antiquus tumor.

Quod etiā legitur, Inexplicabilis, postea explicabilis, grece legitur ἄποθετός & θύμος, id est dubitabilis, & indubitabilis.

Quod etiā legitur, Hic enim est, lege hic θύμος, id est. Igitur est. Melius enim est coniungi
per notā illationis, quam per particulā continuatiā. & quod sequitur, hic igitur est omni-
um operum naturalium causa, adde, existens, κατάεχον.

Quod etiam legitur, Idecirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget, grece est καὶ
τὰς ὁρμές ταῦτα, καὶ τὰς τιτανές αὐτάντα, id est, & cibi appetentiam intendit, & coctio-
nes auget.

Quod etiam legitur, secundum Hippocratis opinionem, grece est, καὶ τὰς τιτανές αὐτάντα,
τὸν uel iπποκράτεο λόγον, id est, secundum Hippocraticum, scilicet morem, uel Hippo-
cratis sermonem, aut etiam rationem.

Quod etiam legitur, Non solum appetens atq; conficiens, adglutinansq; singulis par-
tibus proprium natura alimentum, grece est, & μονορ όργανον καὶ κατηγορεύματα, καὶ πε-
σφυλακής μονορ όργανον τῶν οἰκέων προφύλων.

Quod etiam legitur, Sed & huius dissoluens superfluitates, grece est ἀλακτονή θεραπεύ-
της τὰς τιτανές ταῦτα, id est, sed & has discussiōes superfluitates, tamē in prima nostrī
contextus lectiōe habetur ταῦτα.

Quod etiam legitur, Et alimento à natura subacto, grece est, καὶ κατατημάτος φύλακης, id est
τὸν θεραπεύτης, id est, & alimento à natura euicto & edomito.

Quod etiam legitur, Nam immoderatas intemperaturas, lege: nam immoderatas ipsi
us intemperaturas. Grece enim habetur τὰς γνώσθες αὐτῶν δυσκρατίας.

OCTAVO probat ex operibus naturæ fortioribus hyeme, quod omnia bene in ani-
malis corpore administrarentur. nam cibi in uentriculo probe concoquuntur, quia innatus
calor plurimus est, & ex longioribus somnis superflua expurgatur, & quæ sunt exquisite
extenuata, per cutē exēunt, quæ uero in uapores cōuertuntur, per expirationē: que autē
sunt crassiora, per urinam. nam urina hyeme plus habet sedimenti, quam æstate, & uri-
na etiā hyeme amplior est. unde hyene nutriuntur corpora, & augēntur secundū carnem,
& multitudo

& multitudi boni sanguinis cumulatur, nisi malo utantur cibo. Adde si consideres humana corpora in autumno extenuata, hyeme crescere, inde argumētum habere potes, facultatem nos regentē id est, calorem innatum robustū esse. Tamen & nisi hic calor alimentum habuerit quo fruatur, à frigore circūstante superabitur, & ab eo qui per inspirationem attrahitur, tuncē concōctio fiet, & optimi sanguinis generatio, & partū animalis nutritio, & superfluitatum uacuatio. At si habuerit alimento, quantum potest, concoquere, hoc perfruetur, & ipse augebitur, nec omnia opera in animalis corpore perficiuntur.

Quod legitur, Indicio sunt naturæ opera fortiora, hæc particula Indicio, græce εγκεκριτα συμπτωματα id est cognitio non parua.

Quod legitur, & in somnis longioribus superfluitates expurgantur, græce est ονειρα μετανοητοις εκκαθαρισται τα πριηματα τη συμπτωματα id est Simulq; somnis longioribus superfluitates expurgantur.

Quod statim sequitur, quæ quidem exquisite extenuantur, per cutem, lege quæ quidem exquisite extenuatae sunt, per cutem, nam græce λελεπτωται.

Quod etiam sequitur, quæ uero in uapores conuertuntur, græce est, οτι δε απειδη, quæcunq; autem euaporola.

Quod etiā legitur, & plus optimi sanguinis cumulant, græce habetur, καὶ πάντας απαρτιστοις επιστηται χρηστοις, id est, & multitudi boni sanguinis cumulatur.

Quod etiam legitur, & superfluitatum expulso, græce habetur, καὶ την πάντας απαρτισται ρύωσι, id est, & superfluitatum euacuatio.

NON docet, quod ex plurimo alimento hyeme oblatu, non solum fiat coctio in uentriculo, imo & in omnibus uenis, & in toto corpore animal crassius reddatur, non solū in seipsis homines experti sunt, imo & in iumentis statim in fine ueris ante aestatē, & sibi, & iumentis iubent secari uenas, quoniam sciunt, in quæ discrimina per aestiuū calorem incident. De his etiam agit Galenus libro sexto, Aphorismo quadragesimo septimo, nam tempore aestiuo effervescit sanguis, & in uenis dilatatur, easq; disrumpit, uel exedit, uel ad debiliorem partem delatus inflammationem, uel erysipelas, uel aliquod tale morbi genus operatur, nam multi morbi fiunt ex fusione humorū in plenitudine. Hæc igitur omnia alijs adstipulantur, quæ in hoc Aphorismo dicuntur, non solum posse tunc multos concoquere cibos, sed etiā multis indigere. Semper enim opus est alimento esse naturali calorí proportionalia, nisi quandoq; ex aeris ambientis caliditate facta debilis subtrahere cogat.

Quod legitur, Vnumquodq; animal carnosius reddatur, lege multo carnosius, Græce enim dicit πολὺ μᾶλλον ἡ Γερενόποδος.

Quod legitur, Vel aliquod aliud morbi genus operetur, lege, uel aliquod aliud tale morbi genus operetur, græce enim legitur καὶ τις πολὺ επιτρωνοσυμπτωματα εργάζεται.

Quod etiam legitur, plenitudo dedit occasionem, græce est την πληθωρικῶν.

Illa particula, & hoc quoq; probant, in græco contexturabest.

Quod etiam legitur, ex aeris ambientis qualitate fusio adueniens, In græco contextu sunt duæ lectiones, una in antiquo nostro contextu, quæ talis est, & quam Leoninus habuit, scilicet, πάλιν ἐποπτεύει φλω, οὐ την πολειχοντος θερμότερος αἰδηγίης εἰγανοθέντος. Secunda lectio habet πάλιν ἐποπτεύει φλω, οὐ την πολειχοντος θερμότερος αἰδηγίης εἰγανοθέντος, id est, Nisi forte aliquando ex aeris ambientis caliditate natura facta debilis (ut dixi) subtrahere cogat.

Deniq; Galenus de uere distincē agit, cū de illo indistincte locutus sit Hippocrates. Ipsiūq; in tres partes distinguit, in propinquam aestati, quæ aestatis naturam sapit, in hyemis propinquam, quæ hyemis, & in medium. Quando habebit aestatis naturam, cibus exhibendus ut in aestate, quando hyemis ut in hyeme, quando medium, seruanda erit uictus ratio secundum naturam.

Quod legitur, Primum quod suum habeat initium, lege habet, tamen dicitur per uerbum οὐ ab Hippocrate.

Quod etiam legitur, Deinde quod nonnunquam taſem habeat, lege habet, tamen ab Hippocrate dicitur per uerbum γινεται.

Apho-

VIctus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè uero pueris, & alijs qui tali uictu uti consuerunt.

BRASAVOLVS

POTES T hic aphorismus uario modo introduci. apud Galenū uero ita dicere oportet. Cum superioris uictus quantitatem edocuerit, nunc eiusdem uictus qualitatem exorditur. ut exquisitam uictus rationem habeamus. nam satis non est cibī quantitatem præbendam nouisse, nisi simul & qualitatem ipsam prænouerimus, de qua qualitate respetu etiam sanorum, & in libro De uictus ratione priuatorum, & in libro primo De uictus ratione pertractatur. Alij uero dicunt, cum superioris de uictus ratione sanorum egerit, nunc ad uictus rationem ægrorum uerba conuerit, unde & Philotheus hic dicit, φέρεται τὸ αφορισμὸν διατὰ νηπιανόντων ἐπικράτεις θεραπείας, γνωρῶσθε δὲ ἀκολόθως πολὺ διάτυπον σύνταξιν λόγου. id est, In præcedēti aphorismo rationem uictus sanorum Hippocrates tradidit. hic uero consequenter de uictus ratione ægrorum sermonem facit.

Dicit autem Hippocrates, humidum uictum omnem febricitantibus conferre. cum enim febris calor sit præter naturam & siccitas, de frigore nullū dubium est quin febri cōueniat, quoniam tota febris essentia in calido consistit. Cum uero contraria cōtrarijs curentur, cuilibet febri ut febris est, frigida competit. unde proloquium adeo certū est, ut nūl lūs in eo dubitet, frigida scilicet febricitantibus conferre. De humidis uero ita inuulgatū est, propterea inquit Hippocrates uictum humidum febricitantibus conferre. Ratio autē in promptu est, quia non modo febris essentia in calido seruatur, imo & in sicco. Et si contingat ratione materiæ, febrem esse humidam, siccā est ratione sui, quoniam ad febrilem caliditatē siccitas consequitur, siccitatū uero humidum obstat. unde & Oribasius hic dubitat inquiens, quæstio nobis oboritur in initio Aphorismi, quare prius humida ad febrē præceperit? Nam quia febris calida est, & siccā, frigida potius dicere debebat, quod à contrario remediuū est. Sed præuidens Hippocrates, quod plus offendit, extenuatq; siccitas, quam calor, uictum præcepit humidum, hoc est oua sorbilia, lactucas, ptisanam, & cetera similia. Philotheus idem dubium facit, inquiens Αλλὰ λύει ἡρεῦσι λέγοντες, ὅτι πυρεῖος εἰ μόνον ἔχει φρεμός, ἀλλὰ καὶ θρημός, τούτη εἰσὶ τοις ἐπικράτεις, ὅτι πυρεῖον θρεπτόν, μη μόνον ἔχει, ἀλλὰ καὶ φυγεῖ φρεματία. πώς τοις λεπτοῖς, ὅτι ἐπικράτεις, ὡς βραχύλογος Θερμαῖς μηδεὶς αὐλεῖται, οὐδὲ τὸ ὄγρον καὶ φρέδον μεχομένης, πατελεῖται πθεστηκεσθαι τὰ ἐπέραν αὐτοῖς τὰ τοῦ θρεμμοῦ καὶ φυγῆς πολεμόσσων. id est, Sed quidam dubitant, dices quod febris non solum siccā est, sed etiā calida. Hippocrati igitur febrem curanti non solum humiduū decebat, sed etiā frigido. Ad hoc dicendum, quod Hippocrates tanq; breviiloquius, unius contrarietatis mentionē faciens secundū humidū & siccū pugnantis, alterā contrarietatē secundū caliditatē & frigiditatē pugnantē, subaudiendum dereliquit.

Αἱ ὑγραὶ διάταξι, πᾶσι ποιεταί τοις φυρτάντοις, id est, uictus humidus, omnib. febricitantib. cōfert. An uero ita legendū sit, uel potius αἱ ὑγραὶ πάσαι διάταξι, ποιεταί τοις φυρτάντοις φυμφρέσσοις, id est, Omnis uictus humidus febricitantibus cōfert, dubium uidetur. antiquus nosfer cōtextus primā lectionem sequitur. Idem faciunt. Philotheus, & Oribasius s. & antiqua translatio: & Leonicenum in suo contextu ita habuisse, certum est. Deinde seipsum corredit, & legit, uictus humidus omnis, quam lectionem Theodorus etiam habuit, & in Aldino codice, atq; in secunda lectione nostri antiqui contextus scripta est. itaq; legendū iudicarunt, uictus humidus omnis febricitantibus confert, non tamen omnibus febricitantibus, sed bene humidus omnis, ratione qua humidus febricitantibus confert. Et causam refert Philotheus, ἐπειδὴ πάλαι θρεπτικαὶ διὰ φυλιώσεως γίνεται. φυντοῖς γάρ τὸ φρέδον τοῦ ὄγρων, id est, quoniam omnis cura per cōtrarietatem fit, contrariū enim siccū humidō. Quid uero per humidū uictū intelligere oporteat, apud philosophos dubitatum est, nōnulli humidū uirtute intelligunt. alij humidū acū, & liquidum. Cui sentētiae Celsus ad stipulari uidetur libro tertio ca. sexto, ubi de febricitantū cibo loquēs inquit; his autem

autem febricitatibus humidus est aptissimus, aut humoris certe quam proximus, utiq; ex materia quam leuissima, maximeq; sorbitio, eaq; si magna febres fuerunt, quam tenuissima esset debet. Nos de humiditate intelligimus, sed potissimum de virtuali.

Mālīsa & pūsīsī, id est, Maximē uero puteris, scilicet humidū uictus conferunt.

Quod de pueris intelligere oportet tam febricitantibus, quam non febricitantibus, unde à Philotheo dicitur ἐπειδὴν καὶ τρέφει αὐτὸν, καὶ τὸν πνεῦμαν ἀσκιάζεται. πεντὰ μὲν δὲ λέγων, ὅτι τὸν φύσιν ἔτος ἡ ὁμοίωψ φυλάσσεται. τὸ δὲ πέμπτον φύσιν ἔτος ἡ ὁμοίωψ ἀφελεῖται, id est. Quoniam & ipsos nutrit, & febrem expugnat. regula enim est dicēs, quod quae sunt secundum naturam, à similibus seruantur: quae uero præter naturam, à contrariis iuuantur. Orisbasius uero dicit, puerorum ætatem ideo commemorasse, quia plus siccitate infestantur. Hippocrates in secundo libro De ratione uictus, de puerorum uictu agens, inquit, pueri uero & his accedentes, sanissimi uictus, qui calefaciendo humectent. Ratio autem cur humidū uictus pueris conferant, est, quia eorum natura est humida, nostræ autem naturæ simili seruantur, & contrario alterantur. Idem Hippocrates in libro De uictus ratione priuatorum, cum de iuuenium & seniorum uictu agit, à Galeno in commentariis hæc dicuntur. Puerorum humidam esse ætatem conuenit, quod in alio tēperamento corpora increscere nequeant. Paulo post inquit, Nam si in confessu est, pueros plus humiditatis habere, quam integræ sanis conferat, plus item caloris (haud enim simpliciter calidi sunt ut iuuenes, sed innata caliditate, quæ temperata est ex probo sanguine profecta) media inter pueros & iuuenes, quæ est puberum & adolescentium ætas, in optimo nimirum temperamento consistet. Quod cum ita se habeat, etiam uictum temperamento medium adhibere conuenit, qui neq; humidius, neq; siccus, uel calidius, uel frigidius ipsorum corpus efficiat. puerorum sane corpus, & si humidius, quam salubris habitus exigit, non tamen exiccatum oportuit: hoc enim modo ne crescerent, prohiberemus. Ut argumentum simul, & eius solutio ex Galeno in hac parte colligi possit. argumentum quidem probans nō esse exhibenda pueris cibaria humida, cum humiditate pluri abundant. Solutio uero est, dari debere, quoniam crescunt, ne crementum impediatur.

Kαὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἔτος εἰδικούσισι διατάξῃ, id est, & alijs qui tali uictu uti confuerunt, uictus humidus scilicet est exhibendus, cum febrem patiuntur, uel etiam cum sanis. consuetudo enim est altera natura. natura uero similibus seruat, ideo uictus humidus exhibendus his qui uictu humido non raro, sed diu uti consueuerunt. Orisbasius dicit, consuetudinem quoq; requisuit, ut si quis dum sanus esset, tali usus est uictu, hic maximè ipsi in febribus conuenit. Philotheus etiam dicit uictum humidum conferre consuetis, διότι τὸ ἔτος ἡ ὁμοίωψ δέται, τὸ φύσιγ μημέθεον, id est. Quoniam consuetudo simili bus indiget, imitans naturam.

Dubium fit à recentioribus, an humidū uictus omnibus febricitantibus conueniant, arguunt de pituitosa febre, & alijs à materia humida factis, Respondent, ratione febris conuenire: at ratione materiæ facientis febrem non conuenire. Sed Hippocrates non consuevit suas propositiones hoc modo intelligere, propterea dicamus, legendum esse febricitantibus, non autem omnibus febricitantibus. Aliud dubium est, an omnis uictus humidus conueniat, nam si conuenit, tunc lac dare febricitanti opportunum erit, & fructus dare conueniet, quæ omnia febricitantibus prohibentur. Adde multas herbas humidas uenenosas inueniri, quæ humidæ sunt, & uinum humidum est, & agnina atque suilla caro humidæ sunt, & multa alia sunt humida nocua, que tamè omnia febricitantibus prebenda essent, si omnis uictus humidus febricitantibus conueniret. Verū in tertio De ratione uictus hæc enumerata à febricitantibus remouentur, iubetq; lōgius abiisciēda esse.

Recentes inquietum, omnem cibum humidum simpliciter, ratione qua humidus, conuenire, tamen conditiones alias habere posse, secundum quas non conuenire, quoniam per illas reprobatur. At hoc à nullo probo uiro recipiendum est, quoniam hoc modo cibaria, qua conueniunt, incerta essent.

Propterea nos dicamus, à Galeno superioris uictus formam propositam esse, quæ talis est. Exacte percutis morbis, nihil damus. Percutis non exacte, melicratū, uel aqua ordei damus, qui est tenuissimus uictus. A cutis simpliciter morbis uictū tenuem exquisitum damus, id est, ptisang parum, aut quid simile. Acutis uero exquisite tenuem uictum damus

damus, id est, ptisanæ satis. Sensus Hippocratis est. Omnis uictus humidus, id est, Quæ bet uictus forma quæ humida sit (humidæ autem sunt omnes dictæ) febricitantibus conseruntur. nam in nullo uictus genere ponuntur fructus, in nullo stillæ, uel agmina carnes, in nullo reliqua, quæ ad plenū uictū spectant, & ita de lacte, & de omnibus alijs discurrentes.

G A L E N V S

In præcedentibus aphorismis de uictus quantitate doctrinam nobis tradidit, nunc ue
rò de qualitate tranfigit, multa sane quæ in arte conducent breuissimo sermone do
cens. Primum quidem qualis sit adhibendus uictus febricitantibus. Deinde quod uictuum
sanorum indicationes, in his quidem quæ præter naturam sunt, contrarias, in his autem
quæ sunt secundum naturam, similes, facere oportet. Febris enim, quoniā calida, & sic
ca passio est (est enim conuersio naturæ caliditatis ad igneum) uictum humidum consu
lit. Humidioribus uero naturis, siue propter ætatem, siue propter cōsuetudinem, non cō
trariam, sed magis affinem seruandā statuit. oportet enim naturam eorum souere per hu
midam, non eodem quo morbos modo demoliri. Qui uero aquam intercutem (cui febris
adiungitur) in mediū adducentes, sermonem Hippocratis student per cauillum repre
hendere, quoniam hic morbus non humidū exigit uictū, sed magis siccum, ignorant hi
artis curatiuē caput, in primis necessarium, quod nos uberiorū in illa tractatione transfigi
mus. Quod una quæc̄ simplex ægritudo, simplici eget curatione. Si uero inuitē copi
lentur, tantum habebunt cōmunem curationē, quantum copulabuntur, no
bis scilicet ad id quod magis urget obuiantibus, non tamen alterius cura omnino postha
bita, cum etiam aliquādo omnibus pari studio auxiliemur. Quod autē de aqua intercute,
& simul febre, laborantibus meminere, non est absimile morbo laterali, in quo sanguis
expuitur. Nā & in his cōtrarias exigunt morbi curationes, eductio sanguinis & passio la
teralis; quæ ubi cuiuspiā simul contigere, ad id quod magis urget obuiare oportet, non om
nino posthabita etiā alterius curatiōe. Sic itaq; si quis simul febricitauerit, & ea laboret
dispositione qua aqua inter cutē nominatur, ad ambos affectus respicientes, qui contra
riam exigunt curationem utriq; eorū probe resistimus. Sicuti & alijs omnibus parī mo
do copulatis. Nec igitur ipsi tale quicquam dixerimus, nec alterum talia dicentē admi
serimus. Verum si quid per uerba sua Hippocrates in aphorismo non dixit, quod tamen
idem habeat iudicium cum his quæ ab ipso dicuntur, hoc quoq; fuisse dictū potentia, de
bemus existimare. Nam & ætatis meminit, & consuetudinis. Tu uero & naturalis tem
peraturæ, & temporis anni, & regionis, non absq; ratione memineris, quæ & ipse Hip
pocrates adiicit aliquando. Non unquam uero unius, aut duorum mentione facta, reliqua
quæ sunt eiusdem naturæ atq; ordinis prætermittit. Fiunt autem & ab his indicationes,
quæ admodum suprà, & ab ætate, & à morbo fieri diximus, seruantibus nobis, quæcunq;
probari merentur per simile uictum tēperaturæ. Quæcunq; uero improbanda sunt, per
contraria corridentibus. Diximus autem plenius de omnibus indicationibus in libris
quibus ars curatiua docetur.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus Aphorismū continuat, cum in præcedentibus aphorismis de ui
ctus quantitate uerba fecisset, nunc de qualitate tranfigit, & multa docet, quæ in re medi
ca conducent. Primo inquam qualis nam uictus febricitantibus exhibendus sit. Deinde
unde sumenda sint indicationes in sanatiuēs uictibus, nam in his quæ præter naturā sunt
indicationes à contrarijs sumere oportet. In his uero quæ sunt secundum naturam, à si
milibus indicationes sumendæ sunt.

Quod legitur, Deinde quod uictuum sanorum, hæc particula, sanorum, Græce est,
ὑγειαντες, id est, sanatiuorum, uel bene ualentium. tamen in nostri contextus prima le
ctione scriptum est *ὑγειανων*.

Quod etiam legitur, In ijs quidem quæ præter naturam sunt, contrarias: In ijs autem
quæ sunt secundum naturam, similes facere oportet: potius legendum est, ab ijs quām in
ijs, nam commodius est, & græcus contextus legit ἡ μὲν ἦν τοι φύσις φυσικός, ἡ δὲ
ἦ φύσις οὐσίας, χρή ποιεῖται, id est, Ab ijs quidē, quæ præter naturam sunt contrarias,
ab ijs

ab ijs autem quæ sunt secundum naturam, similes facere oportet.

S E C V N D O Galenus docet, febrem esse calidam & siccā passionem, nam est conuersio naturalis caloris in igneū, ex quo constat in febre unum solū esse calorem, & non duos. s. natūrū calorem ad igneū & præter naturam auctūm, propter siccitatēm. Igitur consultit Hippocrates humidū uictūm esse adhībendum, humidis uero naturis, uel ob ætatem, ut pueri sunt, uel ob consuetudinem, ut in his qui afflueri sunt uti cibis humidis, humida etiā sunt danda, nam seruanda est affinis humiditas, nam humida natura per humidā fouetur, morbus uero per contraria demolitur.

Sed hic duo intercidūt dubia; primū, Si febris caliditas sit naturalis in igneā cōuersa, quomodo in sanitate homo reddetur? Respōdemus, quoties ablata fuerit causa, seipsum in pristinū statum deducet, ut aqua calefacta facit, quæ seipsum in pristinam frigiditatem deducit. Secundū dubium est de pueris, & consuetis uti humidis, qui humidis seruentur, cū in tertio libro aphorismo tertio oppositū dicat. Inquit enim, de uictus ratione agens, Nam calidiores ad frigidiora, frigidiores ad calidiora, & sicciores quidē ad humidiora, humidiores uero ad sicciora bene se habēt. Et ut simpliciter dixerim, Contrarij quidem ad contraria bene, similes autem ad similā male, præter quām si ætas temperata, & uicui, & regioni, & loco temperato comparetur, hoc enī solo modo similes à similibus bene afficiuntur. Respondemus, Cum medicus semper ad symmetriam & mediocritatem corpora deducere studeat, propterea corpora, quæ ad unam extremitatem delabuntur, semper oppositis reficit, ut ad symmetriam deducat, propterea in tertio libro contrarij seruat, ut ad symmetriam semper inclinet, hic uero ut naturā seruet in illo esse, in quo à natura constituta est, similibus utitur, tamen in tertio libro de hac re ubertim egimus.

Quod legitur, est enim conuersio naturæ caliditatēs ad igneā, in Aldino contextu legitur, ἵσι γάρ τροπὴ τῆς ἐμφύτου θεραπείας ἐπὶ τὸ πυρώδες, idest, est enim conuersio naturæ caliditatēs in igneā. In nostro uero antiquo contextu legitur, ἵσι γάρ τροπὴ τὸν φύσικὴν θερμότηταν τὸ πυρώδες, idest, est enim cōuersio calidis secundum naturam in igneū.

T E R T I O Dubium quorundam antiquorum Hippocratem reprehendentium referit, & soluit, Dicebant enim non semper humidis curandam febrem, quia in Ascite, id est, aqua intercute aquosa, cum qua sit iuncta febris, siccō uictū uti debemus, & non humido. Imò & aliud dubium non absimile ponit Galenus de eo qui sanguinem expuit, & morbum lateralem patitur; sanguinis sputum adstringentibus indiget, morbus lateralis aperientibus. In hoc morbo contrarij indigemus, sicuti in ascite febriente contrarij indigemus. Verum hī non intelligunt artem curatiuam, nam in arte curatiua, si sit ægritudo simplex, simplicibus & simpliciter curatur. Si composita, id considerare debemus quod magis urget, altero non despecto, undesī febris intensissima esset in ascite, febrem præcipue curaremus, non despecta ascite. Si autem essent æqualia, cura quadam media uti oporteret, & ideo Philotheus hic dicit, οὐδὲν δέποτε πεπονχέτες ποὺ τῷ ἀπλῷ πυρετῷ οὐδὲ γρεβένᾳ τῷ λόγῳ, ἐπὶ γάρ τῷ πεπλεγμένῳ, οἷον ἐπὶ νέφων πικῶν, πὼς τὸ πεπτεῖρος δὲ οὐδὲν, idest, Scīendum uero, quod Hippocrates de simplicibus febris sermonem facit, in complicatis enim, ut in hydropticis, ad id quod urget insurgere oportet.

Quod legiſ, Nobis. s. ad id qd' magis urget, lege uel nobis, nā Græce adeſt pticula. Quod legitur, Cum etiam aliquando omni pari studio auxiliemur, Græce est ἡ ὁμοτιμογένη πεπονχέναι τῷ, idest, uel omnibus pari studio auxiliantibus.

Quod etiam legitur, probe resistimus, illa particula, probe, Græce est θυμαχίων, id est, ingeniose.

Quod etiam legitur, Neque alterum talia dicentem admiserimus, Græce est οὐτις θεραπεύεται.

Q U A R T O excusat Hippocratem Galenus, qui si non dixerit omnia, quæ subintelligenda sunt, nihil refert, quia potentia dicta fuisse existimandum est. nam & ætatis meminit, & consuetudinis. Tu uero mentionem facere debes & de naturali temperatura, & de anni tempore, & de regione, & de consuetudine, de quibus quandoq; mentionem fecit Hippocrates. Sed quandoq; unius, aut duorum mentionem faciens omnia subintelligenda esse uoluit, quæ uel eiusdem naturæ sunt, uel eiusdem ordinis. nam & ab his indicationes sunt, sicuti & ab ætate, & à morbo fieri diximus, semperq; hoc obseruamus,

mus, ut illa quæ conseruare cupimus, per similia conseruemus: quæ uero corrigeremus, statuimus, per contraria id facimus. Sed de omnibus indicationibus plenius in libro de arte curativa egimus.

Quod legitur, Quæcunq; probari merentur, Græce est ὅτα μὴ ἀπεμπά, idest, quæcunq; admittenda sunt, uel melius legendum est ἀμεμπά, idest, irreprehensibilia. Sic puto eum legisse, qui interpretatus est; quæcunq; probari merentur. Quod deinde sequitur. Quæcunq; uero improbanda sunt, Græce est ὅτα δὲ πεμπά. Quæcunq; uero mittenda, uel abijsienda, uel reprehendi possunt.

APHORISMVS XVII

ET quibus semel, aut bis, & quibus plurā ne, an pauciora particulatim oporteat afferre, considerandum. Condonandum autem aliquid temporis, actati, & consuetudini.

BRASAVOLVS

DE quantitate, & qualitate uictus præcedentes Aphorismi differuerere, nunc uero eorum modum proponit. Vel hoc modo introducamus: superius uictus quantitatem in generare, & qualitatem edocuit; nūc discretam quantitatē edocere statuit. Tu uero ad abundantiorem huius loci doctrinam Hippocratem lege in libro De ratione uictus, ubi docet quando semel, & quando bis, & quando plures cibandi sint ægri. Oribasius uero dicit Hippocratem hic addere indagandam esse à medico confuetudinem comeditionis sanorum atq; languentium, ut possit congruum offerre cibum. Verbi gratia, aliquis solitus est comedere mane, & uesperi, aliis uero quater die, aliis septies, aliis decies, ut agricola; idq; intelligendum quadrifariam, aut enim edit multum & rarius, aut multum & saepius; modicum & rarius, modicum & saepius. Seruatis consuetis horis, imminuta tamen quantitate ciborum. Finge laborantem causone, aut synocho, qui non habet declinatio nem. huic si uolumus addere cibum, aegritudinem augemus: si non damus, uirtutem minuimus. Quid ergo faciendum est? Interrogemus quibus horis solitus sit refici, & eadem hora eum reficiamus tenui cibo. Nam natura cum operationibus suis requirit consuetudinem, & conseruatur ab ea. Hactenus Oribasius, Philotheus hunc aphorismum à præcedente non distinguit, propterea in expositione præcedentis Aphorismi ita consequitur, ἐπειδὴ φέρει διὸ ἀσκοῦ ἐπὶ ποιῶν ὄφελομεν ἀπαξ τῆς ἡμέρας διδύνει τροφήν, ἐπὶ ποιῶν διδύνει τὸν πλεόν, οὐ τὸν τοῦτο διδύνει, idest, postea infert docens in qualibus semel in die cibum dare debemus, in qualibus iterum, uel plus, uel minus quam bis. Iubet ergo hoc loco Hippocrates, cum aliquos uictu curamus atq; gubernamus, considerare oportet an bis cibandi sint, uel semel, in die, uel in nocte, uel in die & nocte simul: & etiam considerandum quibus particulatim plura exhibenda sint cibaria, uel pauciora semel in die, uel bis. hoc autem commode fieri si anni tempora contemplemur. nam si hyems fuerit, huic temporis aliquid condonandum est: Si uero æstas, ab hoc tempore aliquid auferendum. Nec æstates prætermittere oportet, quia si pueri sint illi, quibus uictus rationem inungimus, cum plurimum habeant innati caloris, ipsis multum cibi damus: si uero seniores, cum parum habeant innati caloris, aliquid auferimus. Et consuetudo ipsa consideratione digna est, quoniam si ille assuetus sit multum comedere, & id bis, ter ue fecerit in die, etiam huic magis cōdonamus, quam alteri qui parum quid sumere assuetus sit. Hæc sunt quæ Hippocrates nunc docet, Considerandum esse an semel uel bis exhibendus sit cibus. Sed considerationis initium à tempore sit, ab ætate, & à consuetudine.

Καὶ οἵση ἀπαξ, οὐ δισ τρεῖς πλέιστης ἐλάσσων μέρος, idest, Et quibus semel aut bis, & plurā ne, an pauciora particulatim oporteat afferre considerandum. Sunt tamē aliqui cōtextus, in quibus omnes hæc particulæ copulatiue leguntur, ut est secunda lectio nostri antiqui, in qua scriptum est, καὶ οἵση ἀπαξ τρεῖς οὐ πλέιστης ἐλάσσων μέρος, idest, Et quibus semel, & bis, & plura, & pauciora, & particulatim. Quod hoc loco bis dicitur, pro sepius intelligere oportet. Illę uero particule, plura, an pauciora, possunt cum illis particulis, immo & debent copulari, quæ dicunt plurā ne, an pauciora, ut sensus sit. Considerandum

dum quibus semel pauciora, & quibus bis pauciora exhibenda sint, uel quibus semel plura, uel quibus bis, id est, saepius plura exhibenda sint. Quomodo autem, & quibus ita dandum sit, Galenus in commentariis docet inquiens, Nempe si laborans debiles uires habuerit, & dispositio, quam habet, sit ex humorum corruptione, uel defectu. Iste pa rum alimenti, & saepius dandum: parum, quia uires debiles non possunt totum una uice substituere: saepius uero, quia dispositio multis indiget: nam est corruptio, quae temperamentum exigit. At si quis uires habeat robustas, & nullus sit defectus, uel nulla corruptione in humoribus, sint autem aut modici humores, aut superabundauerint, raro & pauca exhibebimus, & tanto magis, si humores superabundauerint. At si quis corrupti nem habeat, uel humorum defectum, & uires ualidas, multi cibi, & saepius dandisunt, quia dispositio multis exigit, & natura robusta bene concoquere potest. Si quis uero robustas uires habeat cum plethora, raro & pauca offeremus. Nec opus est dubites, quod robustae uires concoquere possint, quia dispositio, quae est plethorica, multis non indiget, ideo conuenit ut plura offeramus. Philotheus autem in hac consideratione uult considerandum esse corpus, inquiens, καὶ εἰσὶ πῦρ τὸς γενέτως, καὶ λεπτός θάτη πρὸς άνθρακα ἀφορητῶν μύδην, πρὸς τὸν δύναμιν, καὶ πρὸς τὸ σῶμα. πρὸς μὲν τὸν δύναμιν, εἴρηται, τριφενὶ πολλαὶ καὶ πολλαῖς. πρὸς δὲ τὸ σῶμα δὲ οὐται. εἰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχει δύναμιν, καὶ τὸ σῶμα, δὲ λίχανα ὀλιγάκις. πάλιν, εἰ μὲν δύναμις εἴρηται, τὸ δὲ σῶμα δὲ οὐται πολλάδη, ὀλιγάκις, id est. Et hoc est modus usus, & egregie dirigitur, nobis ad duo quædā respicientibus, ad uires & ad corpus. Ad uires quidem, si robustae sint: multum nutrire & sœpe. Ad corpus minime. Si autem uires & corpus contrario modo se habuerint, parum & raro: rursus si uires robustae sint, corpus autem multis non indiget, raro. Hic uero per corpus, id intellige quod à Galeno dicitur abundantia humorum & defectus. Sed hic tu forte dubitabis, quando aliquis uires robustas habet, & humorum corruptionem, non uideri multos cibos, & sœpe esse exhibendos, quoniam accessiones occasions non præstant exhibendi cibos.

Galenus huic dubio respödet, inquiens, Si ab accessionibus offendamur, ut nō præstentur occasions exhibendi multos cibos multoties, plures cibos raro exhibebimus.

Aliud dubium est, humorum corruptionem multos cibos exigere non uideri, quia à pluribus augmentur, nam non pura corpora quanto magis nutries, tāto magis laedes. Respondemus, Cum humores corrupti sint, corpus illis nutritre non possumus, & contemperari debent, propterea multos cibos exhibere conuenit.

Notaq; id uerbum, particulatim, quod determinare debet illas particulas, plura uel pauciora. Philotheus uero dicit, ἐνταῖς γάρ ταῖς τὴν συμπλοκὴν ἴσθιλαστ, σὺ τὸν ἄπειρον πατέ, id est, Cōtrariam enim huius complicationem ostendit in eo quod dicit particulatim. Intelligit uero contrariam illi, in qua corpus multis non indiget, & uires sunt robustae, adeo ut uires sint imbecilles, & corpus multis indigeat, tunc paulatim exhibere oportebit. οὐτοὶ δὲ τὸν τὸν ἔργον, τὸν τὸν χώραν, τὸν τὸν ἄλικιν, τὸν τὸν ἄλικιν, id est, Condonandum autem aliquid temporis, & regioni, & aetati, & consuetudini. Galenus notat, Hippocratem usum esse eo uerbo condonandum, quia tota indicatio ab his non sumitur, sed potissimum ab ægritudine, & à uiribus sumitur: tamen & his etiam aliquid condonandum est, scilicet à tempore anni, quia diuersis temporibus semel, & saepius, plura, & pauciora exhibenda sunt, præterea aliquid etiam confuetudini condonandum est, quæ est altera natura, & aliquid aetati. Philotheus uero dicit, τὸ μὲν τὸν οὐτοῖς τὸν τὸν ἔργον, προσδιοιστὸν χεριμ εἴσοται, ὅτι δὲ μόνον δεῖ πρὸς τὸ σῶμα, καὶ τὸν τὸν δύναμιν ἀποβλέπειν, ἀλλὰ δὲ παρέχειν εἰς καὶ τὸν ὄργανον, εἰν γάρ δὲ θεραπείᾳ, καὶ δέσποται τὸ σῶμα, ἀλλ' ὅμως τὸ παρέχομεν τροφὴν πλεονα, ἀλλ' ὀλιγάκις. πολλαῖς δὲ, σὺ τὸ μὲν εἴρηθε τὸν δύναμιν. εἰ δὲ χειμῶν εἰν, καὶ μὲν δέσποται τὸ σῶμα, παρέχομεν πλεόνα τροφήν, σὺ τὸν πειρασμὸν δεξιός, ὀλιγάκις δέ, ὅπερ μὲν ἀλλ' τὸν ὄργανον, τὸν δὲ τὸν ἄλικιν, τὸν τὸν κραστοῦ, τὸν τὸν λοιπῶν ἔργων, id est, Hæc quidē particula Dandū & tēpori, & regioni, distinctionis gratia dicta est, quoniam non solū oportet ad corpus, & ad uires respicere, sed oportet etiā & secundum tēpus præbere. Si em̄ sit æstas, licet corpus indigerit, non tamē nutrimentum præbemus multū, sed paucum, Sæpe aut, quia uires non sunt ualidæ. Si uero hyēs fuerit, & si corpus non indigerit, multum tamen nutrimentum exhibemus, ob abundantiam

dantiam caloris innati, raro autem. Quod in temporibus opus est, illud idem in etatibus, & in temperaturis, & in reliquis dicatur. Oribasius res quinque ad offerendū cibum exigit, consuetudinem, uirtutem, concoctionem, copiam ciborum, & assumptionis modum. Verbi gratia, poma qui habet ad prandium, post omnes alios comedat cibos: Qui autem fit ut in cena prius assumantur nimirum ut a credim superius contractam temperent. Sic denique inquires, quo tempore sit ægritudo, aestate an hyeme. Regionem, calidam ne sit, an frigida. A etatem, iuuenis an senex. Consuetudinem, ut diximus, quibus horis solitus sit refici, nam consuetudo altera est natura, & consuetudo naturam, & natura consuetudinem conseruat. Tamen illa, quæ de pomis post prandium sumendis ab Oribasio dicuntur, nobis uidetur Galeno, & ueritati oppugnare. Sed cum hic non sit locus discutiendi hanc materiam de loco fructuum in prandio uel cena, hanc questionem in suum locum reseruabimus; interim ad Galeni commentationem lora flectemus.

G A L E N V S

Quoniam de quantitate, & qualitate eorum quæ offeruntur sermonem habuit, mox docere proponit modum eorundem. Neque enim sufficit hoc solum cognoscere, quod huic plus, uel minus sit offerendum, uel quod uictus exiccante, uel humectante utendum sit, sed nunquid semel, aut sepius qualibet nocte, uel die cibum offerre oporteat, necessarium est considerare, & ad hæc ipsa, à tempore, ab ætate, à consuetudine, sumere indicationem, sicuti in qualitate, & quantitate sumebatur. Nam & ad hæc prima erant intentiones, & morbi ipsi, & uires ægrotantis, & præterea ætas, & tempus, & consuetudo, & quæcumque his sunt proportionalia: & propterea ipse Hippocrates illud adiuxit, Condonandum autem aliquid: liquido ostendens per uerbum cōdonandum, quod neque totum, neque maximum à talibus accipit. Nam si sepius, aut raro, siue omnino nutritre oporteat, ab ægritudine, & uiribus primum maxime accipitur, post hoc autem, & ab anni tempore, & ab ætate, & talibus. Si enim uires laborantis debiles fuerint, & ea quæ in corpore est dispositio sit ex corruptione humorum, uel defectu, parum alimenti, & sepius talibus afferemus. Parum quidem, quia uirium imbecillitas non potest totam simul multitudinem alimenti sustinere. Sepe autem, quoniam multis indiget dispositio. Defectus si quidem exigit adiectionem, corruptio uero contemperamentum. Si uero cum uirium debilitate, neque defectus aliquis affuerit, neque corruptio, humores autem naturales se modice habuerint, uel etiam superabundauerint, his raro & pauca afferemus, & multo magis istud agemus, si cum naturæ robore humoris superabundauerint. Si uero cum humorum defectu, uel corruptione, uires ualidæ fuerint, tunc multos cibos, atque multoties his qui ita laborauerint dabimus, utpote multos exigente dispositione, & natura robusta potente illos concoquere. Si uero accessiones non permiserint, neque multi alimenti offerendi occasiones præstiterint, raro plura exhibebimus. At si uires ualidæ fuerint cum plethorica dispositione, raro pauca afferemus. Nam & si id quod cibum debet concoquere, robustum habeamus, quia tamen dispositio multis non indiget, rationabile est ut patua afferamus. sic quidem oportet, & à morbo, & à uiribus ægrotantis ad ea quæ proportionalia, hoc modo. Aestiuo quidem tempore, quantum ad temporis rationem attinet, sepius pauca danda sunt, quoniam & pluri eagent adiectione, ut qui sunt dissoluti, & uires habeant imbecilles. Hiberno uero tempore multa quidem propter robur uirium, sed raro, quia non ualde multa indigent adiectione laborantes, ut quibus non multa fiat euacatio. Nam sanos quidem antea offēdimus sufficienter hyeme euacuari, quoniam plus habeant innati caloris. Vere autem adhuc medio existente, atque adhuc magis aestati proximo, paucis, & ex longo interuallo nutriemus. Nam tempus id periclitatur, ne proxime accedat ad plethoricam dispositionem, propter humorum, qui hiberno temporis frigore concreuere, fusionem. quemadmodum ergo in plethoricas dispositionibus, si uires ualidæ fuerint, paucum cibum, & ex longo temporis interuallo damus. Sic & uere faciendum, præsertim in febricitantibus, de quibus nunc sermo habetur ab Hippocrate. Sanorum enim uictum antea docuit. Autumnus uero morbis qui ex corruptione fiunt assimilatur. Quapropter qui eo febricitant tempore, continua optimi indigent adiectione. Et si uires ualidæ fuerint, sæpe & multa. Si uero imbecilles, pauca & sepius afferimus.

Simili modo quispiam, & ab ætatibus, & à consuetudine, & à regionibus sumeret indicationes ad duas primas redigens intentiones. Singula enim quæ diximus, aut fortes, aut debiles uires efficiunt, & corpus redditum, aut superabundans bonis humorib⁹, aut sufficientibus carens, aut uitio humorum depravatum.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus hunc aphorismum præcedentibus ita continuat, cum superiorius de quantitate, & qualitate eorum quæ offeruntur, sermonem habuerit; nunc modum eorum dem docere proponit. Nam satis non est cognoscere, quod huic plus, uel minus sit offerendum, & quod siccis, uel humidis uti debeat. Sed etiam id scire oportet, an semel, an saepe qualibet nocte uel die cibum offerre conueniat; sumendaq; est indicatio à tempore, ab ætate, à consuetudine, sicuti etiam in qualitate & quantitate sumebatur. In his enim primæ intentiones erant à uiribus ægrotantis, & ab ipsis morbis, deinde indicationes etiam sumebatur ab ætate, à tempore, à consuetudine, & à similibus. unde & Hippocrates hoc addidit, aliquid autem cōdonandum est: per quod uerbum ostendit, quod ab his neque totum, neque maximum accipit. Nam si raro aut saepius nutrire oporteat, prima intentione sumitur ab ægritudine, & à uiribus; deinde accipitur ab anni tempore, ab ætate, & reliquis.

Quod legitur, cibum offerre oporteat, Græce est οὐλεγόν ὅτι προσφέρειν τὰς προφάς.

Quod etiam legitur, Sumere indicationem, in antiqui nostri contextus lectione prima habetur εὐθεῖας λαμβάνει, idest, sumere indicationes, sed in altera lectione habetur εὐθεῖας λαμβάνει, idest, sumit indicationem.

Quod etiam legitur, Primum maxime accipitur, lege primum & maxime accipitur, nam Græce est πρῶτην καὶ μᾶλιστα λαμβάνεται.

SECVNDO Multa mendendi precepta à Galeno edocentur, præsertim circa uictus rationes. Si quis sit cuius uires imbecilles sint, & ægritudo sit ex humorum corruptione, uel defectu, his parum alimenti & saepius afferre oportet, parum quidem, quia uirium imbecillitas non potest ἀλλοιού, idest collectam simul nutriti mentem multitudinem ferre. Sepe uero, quia dispositio multis indiget, hic enim duo sunt, defectus & corruptio, defectus adiectionem requirit, corruptio uero contemporamentum. Alter casus, si quis uires imbecilles habeat, & nullum habeat defectum uel corruptionem, & huius humores naturales uel modici sint, uel abundant, huic pauca & raro offeremus: & id magis agemus, si cum naturæ robore, humores superabundauerint. Tertius casus est, si quis habeat uires ualidas, & humorum defectum uel corruptionem, tunc multi cibi, & saepius sunt dan di, nam dispositio multos exigit, & natura robusta illos uincere potest. Si uero contingat accessiones, in quibus non sunt cibandi ægri, non permittere illos ita cibare: adde q; nūgoi, idest, occasiones & opportunitates offerendi cibum non dentur: tunc raro & plura dare conuenit. Si autem uires ualidae sint, & is plethoriam habeat, idest, summam plenitudinem, cibandus est raro & parum, nam & si uis concoctrix sit robusta, quia dispositio multis non indiget, ideo pauca offerenda, hoc igitur modo à uiribus, & à morbo indicationes sumendas.

Quod legitur, & natura robusta potente illos concoquere, illa particula, concoqueret, Græce est κρατεῖ, idest, uincere & superare.

TERTIO docet Galenus, quomodo secundū anni tempora ægri cibandi sint, ab æsta te igitur incipientes, æstiuo tempore (hoc autem intellige, quantum sit ratione æstatis) pauca & saepius sunt danda. Saepius quidem, quia pluri egent adiectione, pauca uero, quia sunt dissoluti, & uires habent imbecillas. Hyeme uero multa & raro sunt danda: multa ob uirium robur uero, quia ægri non indigent ualde multa adiectione, nam hoc tempore non fit multa euacuatio. Sanū tamen, ut superiorius diximus, hyeme sufficienter euacuantur, qm̄ plus habet calidi innati: ægri uero non habet plus calidi innati. In medio ueris, & in parte propinqua æstatis, paucis & ex longo interuallo nutrimus, nā hoc tempus proxime accedit ad plethoricā dispositionē, propter humorum fusionē, qui hyeme concreti & coadūnati erāt. Hæc aut̄ est regula in plethoricis dispositionibus. Si uires robusta sint, paucum cibum, & ex longo interuallo damus. Eodem modo uere faciendum, præsertim in febribū citatibus, de quibus nunc intelligit Hippocrates. nā prius de sanorū uictu uerba fecerat.

Cum

Cum autem autumnus morbis, qui ex corruptione sunt, assimiletur, si quis hoc tempore febricitet, & uires habeat robustas, sape & multis cibandus est. At si uires sint imbeciles, paucis & saepius.

Quod legitur, Adiectione, Græce est πεσθήκεις. Hanc etenim sententiam ὅτι καὶ θέον ταῦ πεδίην πάσοις, hoc modo interpretatus est Leonicenus, quoniā & pluri egēt adiectione. Quod etiā statim sequitur ὡς αὐτὸν διαφορεμένοι, interpretata, ut qui sunt disoluti.

Quod etiam legitur, Ex longo intervallo, in nostro antiquo contextu sunt duæ lectio[n]es, una quam habet Aldinus καὶ σῆμα πολλά, secunda, quæ est καὶ σῆμα ρόντα.

Quod etiam legitur, Quapropter qui eo febricitant tempore, continua optimi indigen adiectione, Græce est διον ἀ τῷ κατὰ πεδίον σωμαῖς, οἵτε πυρὶ θόντες θεοταταί.

Quod statim sequitur, Et si uires validæ fuerint, sape & multa, adde, ipsis dabimus, nam græce adduntur hec duæ particulae δώρεις αὐτοῖς.

Q U A R T O Galenus innuit eodem modo, ut ab ætatibus, & à consuetudine, & à regionibus sumendas esse indicationes, tamen comparantes semper ad duas primas, scilicet morbum, & uires. Singula enim quia dicta sunt, aut fortes, aut debiles uires faciunt, & corpus reddunt aut plenum humoribus, aut uacuum, aut plenum malis humoribus.

Quod Leonicenus interpretatus est, bonis humoribus abundans, Græce est πλεύραινος. Quod uero interpretatus est, sufficientibus carens, græce est φύλετος, quod tertio dicit, uitio humorum depravatum, græce est νεκρόχυμα. De his uero plenitudinibus in secundo libro agemus aphorismo decimo septimo, ob recentiorū quortūdam prauā intellectionem. nūc uero id satis sit, πλευριῶν apud Galenum abundantiam significare. At abundantia uel est in cibis, & à græcis πλευρον, à latinis uero satietas uocatur: uel est in humoribus: & si in his sit, uel est in omnibus ex aequo, & ita πλεύραι, atq[ue] πλεύραι, id est, plenitudo, uel multitudo uocatur; uel est in uno solo humore, uel in duobus, uel in tribus, & νεκρόχυμα, id est, humoris uitium nuncupatur. hīc uero Galenus φύλετος humorum indigentiam uocat.

APHORISMVS XVIII.

A Estate & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime. Secundum locum uer habet.

BRASAVOLVS

A N T I Q V I O R E S nonnulli aphorismorum interpretes, hunc aphorismum eundem esse cum illo, hyeme & uere uentres calidissimi sunt natura, testati sunt. nam & à Philotheo dicitur, πνεὺς ἐφασαν καὶ φύτευσαν ταῦ πεδίαν ταῦ πεπονογέτων, πεπάπε γαρ, οἱ πειλίαι χειμῶνθε καὶ πρῶθερμόταται φύσει. εἰ δὲ ταῦ πεπονογέτων τῷ λόγῳ. φύτευσαν δὲ πνεὺς νοσόντων. id est, Quidam dixerūt & hic Hippocratem idē repetere, prædixitem, uentres hyeme & uere natura calidissimi. At nō est idē sermo. Illic enim de fanis sermo erat, hic aut de infirmis. Galenusq[ue] illorū sententiæ aduersatur, quia alia est huius aphorismi intentio, nam in citato Aphorismo de fanis, in hoc & de ægris uerba facit, quos dicit cibos autumno & æstate difficillime ferre, hyeme facillime, uere autem medio quodam modo. De his uero nunc agit, quia in præcedenti aphorismo dixerat, Aliquid condonandum esse temporis. At quomodo sit temporis condonandum, hoc loco docet, nam æstate & autumno cibos difficillime ferunt, quia innatus calor paucus est, unde æstate pauca & saepe danda sunt: etenim humanæ uires plenam quandam cibationem æstate nō ferunt, quin in discrimen aliquod atq[ue] incommodum uenirent. Autumnus æstarem sequitur, in quo densantur corpora. hyeme uero quia innatus calor plurimus, raro & multum cibi exhibere oportet, nempe uires hoc tempore integrum cibationem ferre possunt. Ver hyemem subsequitur, in quo rara sunt corpora & laxantur.

Hippocrates in secundo & tertio libris De ratione uictus, de horum temporum uictu plura agit, & particulatim in omnibus quatuor anni temporibus, quib[us] uti debeamus

enumerat. tu libri lege. Idē facit in libro De uictus ratione priuatorū, quibus locis patere potest, pauca exhibenda esse in aestate, & in autumno, in hyeme plura. Vnde Galenus in principio commentationis huius libri De uictus ratione priuatorum, quia ab Hippocrate dictum est, hyeme plurimum esse &c, inquit, de ciborum quantitate nihil hic prætermisum est. edere namque plurimum ut ad alias anni partes per hyemem concedendum, haud ignarus probe in aphorismis esse dictum, Aestate & autumno cibos difficillime ferunt, per hyemem facillime, mox uere. Hic autem Galenus intelligere non uidetur, eden dum raro, & plurimum: sed simpliciter, plurimum in hyeme esse edendum. Ideo in hoc loco huius aphorismi sententiam probas, id facit per alterum aphorismum, scilicet uentre hyeme & uere natura calidissimi, & re uera tota illius ratio est.

Quod si petas, Cur ueri non proportionatur autumnus, cum ad hyemem, atque aestate & qualiter se habeant? Respondemus id tempus, à quo recedunt, multum facere. nam ab hyeme recedit uer, hyems autem robustos viros facit, ideo & uere robusti erunt, sed autumnus ab aestate proficiscitur, aestate autem imbecilles vires facit. ideo & in autumno imbecilles erunt: propterea hæc tempora uer & autumnus in uicem comparationem non habent. Adeo quod in autumno constipantur, condensanturque corpora, in uere autem aperiuntur & laxantur, unde & diuersam temperaturam habent, & diuersas naturas, nam inter anni tempora morbosissimus est autumnus, uer autem saluberrimum, & magna ex parte multæ & intensæ aëgritudines in autumno fiunt, quæ in uere sanantur.

Galenus in libro De natura humana sectione trigesima septima huius Aphorismi mentionem facit, immò dubitat quomodo hyeme augeatur pituita. Tu locum illum considera, & in libro De renum affectibus eiusdem aphorismi dignam mentionem facit.

Celius libro primo capite tertio, hyeme, inquit, plus esse conuenit, minus sed meracius bibere. Vere paulum cibo demandū, adiiciendumque potionis, sed dilutius bibendum. Aestate uero & potionis & cibo corpus sappius eget. Autumno cibo paulo pleniore utilizet, minus, sed meracius bibere. tuq; Celsum in hac parte lege, qui de totius uitæ regimine in his temporibus abunde agit, nos alia omittemus, ne huic nostro labori totum Celsum immiscere videamur.

[δέρος καὶ φθινοπώρος, στίχος μυσφοράττης φθεσην. id est, Aestate & autumno cibos difficillime ferunt.] Ob caloris naturalis, in aestate qui exit ad circumferentiam, imbecillitatem, & in autumno quia imbecillitas perseverat. Philotheus dicit: φύσις τοῦ φθινοπώρου τῷ λόγῳ οὐλαμαλιας. φύσις τοῦ φθινοπώρου τῷ λόγῳ λαμαλιας. id est, In autumno quidem ratione inæqualitatis: aestate uero caliditate, quæ in nobis est extra diffinire.

[χειμῶν θέμιστα, id est, Hyeme facillime.] Cibos ferunt ob calorem innatum, qui intus retrahitur, atque intenditur, unde & Philotheus dicit, hyeme facillime, hoc est θυμφόρος, οὗτος ἡ φωτεινελάθης γνώστης θρησκευτική. id est, facile atque prompte, quoniā intus obstruitur calor. Oribasius in Hippocratem hoc modo dubitat. calor dixit, concoctionem obicit, nunc autem aestate non concoquere nos scribit, hyeme uero facillime, cum aëstas calida sit, humorique calidus in ea præpollet. humor autem frigidus tempore frigido. Sic ipse sibi non constare uidetur. Sed nos exemplo illius dictū cōfirmabimus, ne tantū talemque uirū naturæ & ueritatis amicum, mendacij insimulemus. pone aëstatem ceu aquam frigidam, hyemem uero calidam. Sic itaque sunt & corpora nostra, aestate omnis calor foras emanat, duob. modis. uno, quia aperiti sunt pori, altero, quia confugit calor ad similem sibi aerem. Sicuti in Amphitheatro, cum dimittunt similem ad similem, semper aliis ad alium confundit, quia similia similibus gaudent. hyeme enim constipatio fit meatuum, & calor interior parte concluditur, & ille concoctionem maximam operatur. Hæc Oribasius.

[πέρι θεινοφορού. id est, Secundū locū uer habet, τοῦ λόγου θυμφορίας. id est, Ratione bonae temperaturæ, ut Philotheus dicit. Oribasius de autumno & uere dicit. Autumnus simile aliquid habet cum aestate, uer cum hyeme, ideo hæc comparauit illis, quia sibi in uicem uicina sunt; dicit uero uer secundum locum habere, quia non adeo facile concoquunt, ut in hyeme, neque adeo imperfecte ut in aestate.]

Galenus

NON BIS, ut forte quispiā existimauerit, de eisdem dissertuit Hippocrates. Nam cū superius illum scripsisset aphorismum cuius principium est, Ventre hyeme, & uere calidissimi sunt natura. Nunc autem rursus quod aestate, & autumno cibos difficultime ferunt, hyeme facilime, & uer secundum habet locum. Verum quoniam, & ad quantitatem uictus, & ad usus ciborum tam in sanis, quam in agris modum quendam accipit a temporibus indicationem, non absq; ratione eorum in utrisq; commeminit. Illic quidem ostendens cibos plures sanis dari hyeme oportere, quoniam plus ineft innati caloris quem nutriti oportet: nunc autem, quod si semel etiam multum illis ciborum attuleris, haud quaquam nocebis: facile enim omnes ferunt ciborum multitudinem hyeme, difficulter uero aestate. Quapropter hyeme quidem raro, & plurimum cibi afferri concedendum, aestate uero quia cibos ferunt difficulter, si quidem is cui eos coquendi, ac conficiendi officiū natura tribuit, calor, innatus scilicet, exiguis est, cauendū omnino est, ne totū simul cibū exhibeamus. Sed studere oportet, ut frequentius pauca afferamus, nam corporis dispository, similes his qui ex humorum defectu morbis cōsistunt, exigit adiectionē. Hyems quidem, atq; astas talem naturam habent: reliqua uero duo tempora, autumnus quidem aestate subsequitur, uer aut̄ hyemē, & causa aperta est. Nam refrigerari, & cogi in unum, atq; densari corpora autumno, laxari uero, & rara fieri uerno tempore incipiūt. Ob hanc igitur rationem non idem bis de temporibus enunciauit, uel ob illam etiam, quia in altero aphorismo de sanis sermo habebatur.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, hunc aphorismum non esse eundem cum illo, uentres hyeme & uere natura calidissimi, tamen ab eadē ratione dependet, scilicet innato calore, differunt uero, quia ad diuersam intentionem accommodantur, & alia atq; diuersa innuant. atq; quis Galenum consideret, apprehendere facile poterit, & cur in aestate parum, pluri mum in hyeme ciborum exhibendum sit.

Quod legitur. Nam cum superius illum scripsisset aphorismum cuius principium est, Græce habetur εἰ μῆτρα ἡ θεά τὸν ἀφοεισμοὺς ἐκάνει, σὸν ἀρχή, id est, superius quidē, cum illum scriptū aphorismum, cuius principium est.

Quod etiam legitur. Et ad usus ciborum tam in sanis, quam in agris modum, ne quis putet hanc particulam usus in accusatio esse, que in genitivo est, ponat illam particulam modum in principio huius clausulæ, hoc modo, & ad modum usus ciborum tam in sanis, quam in agris. Cum & contextus græcus ita habeat, οὐδὲ πᾶς τὸν τρόπον δὲ γένεται τὴν στιγμὴν τὴν ὑγιανότατην οὐδὲ τὴν νοσάντατην.

Quod etiam legitur, quoniam plus ineft innati caloris, quem nutriti oportet, uidetur sensus innatum calorem nutriti, sed græcus cōtextus dicit δίστη τὸν τρόπον θρεπού, πλεῖον, οὐδὲ τρέψει δέστη, id est, quoniam plus innati caloris, & nutriti oportet.

Quod etiam legitur, facile enim omnes ferunt ciborum multitudinem hyeme, In nostro antiquo contextu sunt duæ lectiones, primam Leonicenus habuit, quæ talis est, οὐφόρως μὲν γάρ φέρετ πλῆθεσ τοτὶσιν ἀπαντεις ψευδῶν, & est etiam Aldini contextus lectio. In secunda uero lectione ita scriptum est, οὐφόρως μὲν γάρ φέρεσσιν ἀπαντεις τὸν πλῆθεσ τοτὶσιν ψευδῶν. id est, facile enim omnem ferunt ciborum multitudinem hyeme.

Quod etiam legitur, Ex humorum defectu, Græce est η τὸν γένεσιν.

SECUNDO Galenus docet alia duo tempora, scilicet uer & autumnum, duorum præcedentium naturam consequi, nam autumnus aestate sequitur, uer hyemem, autumno refrigerari, & οὐωδέσ. id est cogi in unum atq; densari corpora incipiunt, uere autem ξελαδός. id est, laxari, & fieri rara incipiunt, unde de his temporibus idem non dixit, uel saltem intelligere non est opus quamvis quodammodo præcedentium naturam sequantur. Vides ergo idem bis non dici ab Hippocrate de temporibus. Adde quod in altero aphorismo de sanis sermo habebatur.

Quod

Quod legitur, Vel ob illam etiam quia lege, & quoniā, nam Græce habetur $\pi\eta\varphi\eta\delta\eta$. In hoc autem loco dubitatio contingit, Cum aeris calor coctioni obfit, qui extrinsecus est, cur cerata, cataplasmata, fusculi, unguenta, & eiusdem generis cætera extrinsecus applicata coctionem potius iuvant.

Respondemus, aeris calor naturalem calorem allicit, illumiq; ad circumferentiam ducit, & uentriculus, atq; iecur, in quibus duas primæ coctiones fiunt, à naturali calore deseruntur, propterea inepta sunt coctiones, calore aeris uigente atq; perseverante. Illa uero calida, qua extrinsecus applicantur, & si ad se naturalem calorem allificant, tamen exire non potens, & ex uero caloris cerata intensior redditus, ad internas partes reuertitur, in quibus cum est intensior effectus melius concoquit.

Dubitatur præterea, cum astiū tempore aeris caliditas nocui humoris coctionē adiuuet, unde morbi breuiores fiunt, cur etiā boni cibī coctionem nō adiuuet? & eius præsertim, qui naturam alere deberet.

Respondemus aeris caliditatem non concoquere humores: quia hoc solum munus est calidi innati, sed humores resoluit, his uero resolutis, morbi breuiores fiunt. Verum & idem calor astiū cibos etiam resoluit, at naturalis calor imbecillior factus, cibos agre concoquit.

APHORISMVS XIX.

Ils qui per circuitus accessionem habent, nihil dare oportet, neq; cogere, sed subtrahere adiectioni ante iudicationes.

BRASAVOLVS

HIC EST ultimus huīus libri Aphorismus, in quo de uictus ratione Hippocrates agit, unde operè precium est uniuersam uictus rationem colligere, ut etiam exquisitus aphorismus præfens intelligatur. Tria sunt, ex quibus indicationes de uictus ratione sumuntur, Duo potissima, scilicet Morbus & uires, aliud est accessione, quæ in particularium morbi temporum consideratione cognoscitur. Ex primis duobus uniuersalis uictus forma colligitur, ex tertio hora particularis uictus habetur, Cætera uero enumerata, ut aetates, anni tempora, consuetudines, exercitia, conditiones sunt, quæ uictus formā augent, aut cōminuant. Sunt deinde tria capita, quibus uictus ratio cōprehenditur, superius explicata, unum est quantitas, aliud qualitas, tertium modus usus, de quo modo in illo aphorismo egit. Et quibus semel aut bis, & reliqua. Nos discretam cibationis quantitatē uocauimus, & ex hoc ita esse deprehēdebatur; quia considerabat quibus bis, aut sepius paucum, bis aut sepius multū effet exhibendum. Duo prima capita scilicet quantitas & qualitas cū accessione nihil habent, quia accessione quantitatē aut qualitatē mutare non facit, sed tertium mutare facit, id est, uictus modum. Galenus uictus modum nuncupat ipsas particulares cibi exhibitiones, quas æger in dies accipere debet. In his particularibus modis uictus ex accessione aliquid habemus, ex quo in hoc loco Hippocrates in accessionibus, quæ per circuitum fiunt, nihil esse cōdonandum edocet, sed ei potius subtrahendum esse, quod ante iudicationes addiderimus.

Hippocrates in libro De humoribus hunc aphorismum ad uerbum ferre ponit inquisiens, Nec in accessionibus, quæ certis diebus circuituq; fiunt, cibaria porrigit, neq; sumere cogito, sed potius prioribus ante decretorum demito.

Tοιοι γά την πρόσθιαν προσώπων, id est, his qui per circuitū accessiones habent. Galenus per accessiones, per circuitus, accessiones ordinatim factas intelligit. Ideo hic aphorismus ab illo distinguitur; in accessionibus abstinere oportet, nam cibum dare non cuius est, & in his, in quibus per circuitum accessiones fiunt; quoniā in illo de omni accessione intelligebat, hic uero de his tantum quæ percircuitum fiunt, id est, ordinatim. In his enim quæ ordinatim non fiunt, ita certa regula haberī non potest, per accessionem uero idem intelligimus, quod superius intelligebamus, deteriora scilicet tria tempora, principium, augmentum, & statum. Oribalius quoq; per circuitum, spatiū intelligit, quod ab hoc ad aliud intercedit.

Mādēv διδούσει, πέντε αὐτογάζει. id est, Nihil dare, neq; cogere.] Nihil inquam penitus dare, quia (ut dicit Oribasius) natura contendit, duobus enim seruite non potest, humo ri, & cibo. uincitur enim potius quam ipsa uincat. neq; cogere, id est, neq; constringes ægrum ad ingerendum, aliter (ut Philotheus dicit) plurimum laedes, οὐ πλειστην τραχαιρεσίαν τοις νόσουν τα εξ τω βάρεσ φτυρώσις, οὐδὲ νοσοποιῶν αὐτῶν πεσθῆναι εἰπεῖν. id est, uel ad uomitum patientem præparabis ob nutrimenti gra uitatē, uel cause morbi facienti adiicies, causa uero aucta morbi augebit. & ut Hippocrates dicit in prædictato De humorib. libro, nec cibaria porrigit, nec sumere cogito.

Aλλ' ἀφαιρεῖν τὴν πλειστην τραχαιρεσίαν. id est. Sed subtrahere adiectionē.] Velei quod erat additū, uel ei quod dabatur. hoc cibum refertur, unde & Oribasius dicit, Adiectionem autem uocat, quantitatē ciborum ante quam iudicatio fiat, tamen idem Oribasius per uerbum Subtrahere nō intelligit cibī subtractionē, sed potius euacuationē per aliquē naturalē meatū, inquit enim, Subtrahere oportet uel per nares, uel per sudorē, uel p. urinā, uel per secessum, uel per menstrua. πλειστην τραχαιρεσίαν. id est, ante iudicationē. Galenus per iudicationem uel accessiones intelligit, uel morbi uigorem, uel proprie ante uerum morbi iudicium, tamē laudat, ut accessiones intelligamus, sed nec alia respuit. Hippocrates autem in libro De humoribus, ante diem iudicatoriū intelligere uidetur, in omni sensu uerum est, si accessionem intelligimus, sensus erit, nihil dandum in accessionibus, & parum ante ipsas. Philotheus accessiones intelligit, nam dicit Κελεύθητα διπλοχάτης λέγει ποτα, χρόνιν τὸν προστυμόν, οὐ γερ κείσι ηγήσεις φύσιον μεταβολήν, ηγήσεις φύσιον, ηγήσεις τονοποιῶν αὐτῶν, οὐδὲ περιγράψεις τόπων ταχείαν. id est, Hippocrates hic abusus iudicationem accessionem uocat, est enim iudicatio, & collecta uniuersa in morbo mutatio, & naturae atq; cause morbificæ pugna, & horum primaria perturbatio.

G A L E N V S

CV M tria sint capita quibus uictus ratio comprehenditur, & quod attinet ad quantitatem, & quod ad qualitatem, & tertium quod ad usus modum, ad duo quidem priora capita ex accessionibus nullam habemus utilitatem, ad tertium uero ex illis aliquid proficere possumus. Quare non temere Hippocrates earum in tertio capite meminist. Nam tempora commoda ciborum particularium præcipue docent accessiones. In morbis tamen, in quibus ordinatum obueniunt, hoc est per circuitus, atq; ideo Hippocrates inquit, His qui per circuitus accessiones habent nihil dare oportet; ut qui nō ignoraret alios esse quibus fierent in morbis accessiones, nō tamen per circuitus, hoc est non ordinatum. In hisce igitur ratio exquisita inueniendi temporis quo cibus offeratur, haberi nequit. In quibus uero accessionū ordo seruat, principia earum oportet obseruare, hoc est ne eis iam factis, uel non multo post futuris nutriamus. Quod autem dicitur, Ante iudicationes, uel ante accessiones quascunq; simpliciter, uel ante morbi uigores, uel ante illas quæ proprie iudicationes nominantur, est intelligendum. Nam hic triplex intellectus uerus est. Primus autem magis uidetur ad propositum pertinere, si uidelicet ante accessiones intelligamus, nam de morbi uigore cōsistentis retro dictum est. Et si de hoc intelligatur, etiam de iudicatione intelligetur, quoniam magna ex parte morbo in suo uigore considente fiunt iudicationes.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus repetit, tria esse capita, quibus uictus ratio comprehenditur, quantitas, qualitas, & modus usus, ad duo prima capita ex accessionibus nullam utilitatem habemus, ad tertium aliquid possunt proficere accessiones.

SE C V N D O docet, Hippocratem recte in tertio capite rationis uictus collocale accessiones, nam tempora commoda exhibendi uictum particularē & quotidianū accessiones ostendit, unde in morbis qui fiunt per circuitū, id est, ordinatum nihil dare oportet, de inordinatis uero morbis regula dari nō potest. In his uero qui ordinē habēt, ipsis iā factis accessionib. nihil dare oportet, uel nō multo post futuris. Si uero petas per quantū spatiū ante

ante accessionem dari debeat. Respondemus per tot horas, per quotis cōcoquere potest si fieri nihil impedit, uel horae non sint pauciores quatuor uel saltum trium.

TERTIO exponit hanc particulam Ante iudicationes, quae uel intelligenda est ante accessiones quascunq; uel ante morbi uigores, uel ante illas, quae proprie iudicationes nominantur. hi tres intellectus uerisunt, sed ad propositum magis uidetur si accessiones intelligamus, nam superius de morbi uigore actu est. Tamē si de hoc etiam intelligamus, & de iudicatione etiam intelligere conuenit, nam ut plurimum morbo in summo uigore consistente iudicationes sunt.

APHORISMVS XX.

Quae iudicantur, & iudicata sunt integrē, neq; mouere, neq; nouare aliquid, si que medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.

BRASAVOLVS

HAC TENVS de uictus ratione egit Hippocrates, nunc de ægrotantium regimine uerba facit, & quando sit totum naturæ permittendum, & quando medicus aliquid agere debeat. unde & à Philotheo dicitur, πλειδῶς καὶ πλυτόποιος τὸν πόνον διατίσεις λέγουσι οἱ προφέται θελάφας, των ἀθλητῶν μετάγγιστας καθάλασμον, καὶ διλασκόν πόνον διέσχινεν τὸν πόνον κελεύει τὴν νοσημάτων αἴλικρεμά την φύσιν καὶ πόνον διέσχινεν, id est. Quum multipli citer ac multimode rationem circa uictum edocuerit Hippocrates, nunc in aliud caput seipsum uertit, & docet, quando decens est in morborum iudicationibus naturæ succurrere, & quando non decens. Hæc igitur altera est huius primi libri pars, in qua de euacuationibus uerba facturus uidetur, quando à nobis agenda sit, & quando nihil agendum, sed æger tantum uictu regendus sit. Est uero breuis aphorismi sententia hæc, quæ actu iudicantur, & nobis uidetur iudicium integrum fieri debere, & quæ iam iudicata sunt atq; integræ, nullo modo commouenda sunt, nec medicus quicquam innouare debet, uel medicamentis, uel re altera naturam irritante, sed sinere debet, atq; permettere ægium ita à natura tractari.

Ta κατεύθυντα καὶ τὰ κακεύθυντα ægrīως, id est, quæ iudicantur, & iudicata sunt integræ, id est, corpora quæ sub naturæ iudicio sunt, uidemusq; iudicium integrum esse futurum, uel iam factum est integrum iudicium, id est, perfecta est naturæ operatio, quæ iudicium dicitur, eo quod medicus de ægrisalute tunc iudicare potest. Philotheus uerbum ægrīως exponit αὐτοποιῶς καὶ αὐτοτάξις, id est, sine deficiū & perfecte. Oribasius in suo Hippocratis contextu non habuit uerbū ægrīως, id est, integræ, sed eius loco habet pari dierum numero. propterea hoc modo dicit. In hoc aphorismo multi multa senserunt, alij quidem quod in die decretorio cibum dari non iubeat Hippocrates, alij uero diem parem dicunt duo & quatuor. nec id est, quod author intelligit. Galenus enim exponit, cuius sententiam ueram esse credo. parem rem dicit esse, quando soluta fuerit per solam naturam ægritudo, unde & vulgaris sermo est, parem habet tecum, id est, congruum & conuenientem dilige. Ergo id est, quod admonet, dum iudicata fuerit ægritudo, natura debilis inuenitur, post talem ac tantum laborem, nihil iubet fieri, ne forte ipsa ægritudo iteretur. Hæc Oribasius. tamen si Galenum recte perpendas, nihil de die pari ab ipso dictum esse inuenies. uel forte est error interpretis, nam apud græcos ἀριθμός significat integrum & equalem, & parem numerum etiam significat, ut unum pro alio uerterit, nos enim græco Oribasij codice caremus.

Μὴ κινέσθαι, id est, Nihil mouere.] Ne natura suo opere impeditur, quādo fit iudicium, uel post integræ factum, ne corpora imbecilliora reddamus, q̄ à motu naturæ effecta sint.

Μὴ δὲ νεωτροποιεῖσθαι, id est, neq; nouare aliquid.] Verbum mouere referri potest ad humores, nouare uero est opus naturæ, quod erat euacuatio (si per illam fuerit) quādo medicus innouare intendit.

Μή τα φαρμακεῖσθαι, id est, Siue medicamentis] Philotheus exponit φαρμακεῖσθαι, id est, medicamentum τὸν καθαρισμόν, id est, purgationem.

Μή τα ἔλαιοισι έρεθισμοισι, id est, Siue aliter irritantibus.] Nullo modo naturā commouere debemus, sed æger sola uictus ratione secundum morbi genus, & alias conditio[n]es regen-

nes regendus est. Philotheus per irritantia intelligit, ιλυσηρα, εμπονοφθεμανου, τανδα
την, και αλο, οιος δη ποτε η διωδιμενη λινησαι φρεδισμενη ων σαματη. idest, Clysteres,
medicamentum uomitorium, deejcens, & aliud, quale aliquo modo possit irritamentū
in corpore mouere. Oribasius uero per medicamentum omne nouum intelligit, uide-
licet aut ueue incisionem, aut clysterem, aut uomitum, aut potionem calefactoriam ad
sudorem; nam uult omnia naturę dimittenda, nam plus est quod ipsa facit, q̄d quod ars.

AM̄ ēā, idest, Sed sinere.] Hoc est, dimittere naturam, & illam non infestare, nec;
dum sit iudicatio, neque postquam perfecte facta est. Scito autem dum sit crisis, idest
actu iudicium, etiam si imperfectum esse uideatur, nihil agendum; nam quandoq; iudi-
cij principium imperfectum uidetur: sed postea in procello natura perfecte agit. At fa-
cto iudicio, si imperfectū sit, tunc naturam adiuuare debemus, & per illam regionem
per quam ducere coepit, sed imperfecte, nos perfecte ducere, ut in sequenti aphorismo
docebit. Hoc autem intellige oportet, si fuerit conueniens educendi locus. Medicus
ergo naturam adiuuare studeat, non in ipso iudicio & opere, sed postquam iudicauit,
sed imperfecte, ipse naturae uicem suppleat, uel etiam adiuuet, dum natura agit, si co-
gnoscat quod imperfecte agat.

Hunc aphorismum ad uerbum in libro De humoribus, ab Hippocrate habemus,
quum dicit, Quæ decernunt aut integre decreuerunt, nec medicamentis, cæterisq; con-
citamentis agitato, nec quicquam innouato, sed sic finito.

G A L E N V S

IAM perfecto de uictus ratione sermone, ad alterum caput transcendent, in quo do-
cet, quando sit totum ipsi naturae permittendum, quod ad regimen pertinet ægrot-
antis, nihil aliud nobis agentibus, nisi uictum conuenientem instituentibus: quando
etiam non sit totum naturae permittendum, sed & aliquid nos oportet operari. Vbi igi-
tur, inquit, uel integra iudicatio facta est, uel adhuc sit, totum naturae permittere, & ni-
hil nos nouare oportet: ubi uero non integre iudicat, id quod deficit supplere nos con-
uenit. Hoc autem & ipse dicebat in libro De humoribus, per hæc uerba: Quæ perfe-
cte iudicantur non mouere, necq; medicamentis, necq; aliter irritando nouare quicquam.
Nam quod in aphorismis ἀρχιων, idest integre dixit, hoc in illo libro ἀπορητι, idest per-
fecte nominauit. Est autem huius nominis ἀρχη, apud antiquos significatū pro per-
fecte & cumulate atq; sufficienter, quæ omnia etiam hoc loco per ἀρχιων, idest integre,
debemus accipere: neque enim per id uerbum, dies pares oportet intelligere. Est
enim in proposito falso, si quis in diebus paribus, uel iudicatus est, uel iudicatur, ni-
hil in his nouandum esse: neq; etiam hæc dictio ἀρχιων, hoc in loco significat Nuper,
quod maxime ostendunt uerba sequentia. Neq; enim simpliciter dixit Nuper iudica-
ta, sed Quæ iudicantur & iudicata sunt: quorum alteri, scilicet iudicata, aduerbiū Nu-
per, posuit conuenire: alteri uero, iudicantur, nullo modo sed & hoc ipsa rerum euiden-
tia demonstrat. Neq; enim si quid paulo antea sit iudicatum, hoc nouari non debet, sed
si perfecte & indeficienter & integre: tunc uerum quod dicitur. Si uero quicquam de-
ficiat, id quod deficit oportet adiungere; nam quæ post iudicationem relinquuntur, sa-
ciunt recidivas. Quæ nam igitur est perfecta & indeficiens iudicatio? An quæ scilicet
per omnia bene fit, & cui nullus numerus deficit iudicatorius? Primum enim melior
est iudicatio quæ fit per euacuationem inferiorem, quam quæ per abscessum: deinde
per quam humor noxious, quam per quam alter euacuat. tertio loco, que recto fit tra-
mite, & post has quæ facile toleratur, deinde quæ cum coctione, & in decretorio die.
Hæc omnia adesse conuenit perfectæ iudicationi: cui si quid desit, uel plura, neque ex-
quisita, neque integra fuerit iudicatio.

B R A S A V O L V S

PRIMO Galenus hunc aphorismum precedētibus hoc modo continuat, Quum
de uictus ratione egisset, ad aliud caput transcendent, in quo docet quando sit totum na-
ture permittendum: & hoc ad regimen ægrotantis pertinet. Quum autem totum na-
ture permittendum est, ægrum tamen in ratione uictus gubernare debemus. Vnde ali-
quid agimus etiam, quando totum naturae permittendum, præsertim quo ad uictus ra-
tionem. Quum ergo est facta integra iudicatio, uel adhuc sit, totum naturae permitten-
dum

dum, & nihil innouare oportet. Vbi autem imperfecte iudicatur, id quod deficit, supplerere nos conuenit.

Quod legiſ. Non integre; Græce est ἴμετωδς, idest mutile, imperfecte, non integre.

S E C U N D O Galenus docet, eundem esse hic sensum qui est in libro De humoribus Hippocratis. Est autem solum diuersitas in uno uerbo, quoniam Hippocrates in libro De humoribus, utitur uerbo ἀπέρι, idest perfecte: in hoc autem loco dicit, ἀρτίος, idest integre. At quia hoc uocabulum ἀρτίος etiam significat Nuper, Galenus ostendit pro Nuper, accipi non posse: nam dicere non licet quæ nuper iudicantur, sed bene dici possit quæ nuper iudicata sunt. Tamen nos apud Hippocrates in libro De humoribus, uerbum ἀρτίος inuenimus, & non uerbum ἀπέρι. Idē uerbum Caluum errare fecit, qui interpretatus est ἀρτίος, idest paulo ante, uel nuper. Si autem hunc Galeni locum uidisset, interpretatus fuisset Integre, & non nuper.

Putamus librariorum causa in libro De humoribus, illam particulam ἀρτίος, pro hac ἀπέρι, positam esse.

Quod legitur, Apud antiquos: legi debet, Et apud alios antiquos, nam Græce habetur, καὶ πάρα τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς.

Quod etiam legitur, Perfecte & cumulate & sufficienter; Græce est, ἀπαρηστήσεις καὶ οὐκλίνεις καὶ αὐτολεπτός.

Galenus exponit hoc in loco ἀρτίος, pro Integre: tamen quandoq; significat περιβάλλειν, idest Paulo ante, uel nuper.

Quod legitur, Sed & hoc ipsa rerum euidentia demonstrat, illa particula Euidentia, Græce est ἀπλεύεις. propterea legendū est, Sed & hoc ipsa rerū ueritas demonstrat.

Quod etiam legitur, Sed si perfecte & indeficienter & integre: Græce est, καὶ οὐκ εἰλεῖσθαι τὸ καὶ οὐκ αὐτολεπτός καὶ οὐκλίνεις.

T E R T I O Galenus dubitat, quæ nam sit perfecta iudicatio, an illa per quam omnia bene fiunt, & cui nullus deficit iudicatorius numerus. Respondet, per conditiones quæ de bona iudicatione praestantur. Primo melior est iudicatio quæ per euacuacionem, quam quæ per abscessum fit. Secundo melior est illa, per quam humor noxius & abundans euacuatur, quam per quam alter euacuatur. Tertio quæ fit recta uia, melior est, quam quæ obliqua. Quarto illa quæ facile toleratur, melior est quam quæ difficulter. Quinto melior est quæ cum coctione fit, quam quæ sine coctione. Sexto melior est quæ in iudicatorio die, quam quæ in alijs fit. Iudicatio illa perfecta est, cui hæ sex conditiones insint: cui uero una deest, uel plures, illa imperfecta est, & non integra, neque exquisita.

Quod legitur, An quæ scilicet per omnia bene fit: Græce est, ἡ Αρενίτης καὶ δὲ λαύρια γίνεται, idest, An uidelicet per quam omnia bene fiunt.

Quod etiam legitur, Per euacuationem inferiorem: satis est dicere, Per euacuationem, nam Græce habetur, ἡ λεγνωτη.

Vbi legitur, Deinde per quam humor noxius adde particulam, Et abundantans, nam Græce est, ἡ θηραπεία τοῦ πλευραλοντος χυμοῦ.

Quod etiam legitur, Tertio loco quæ recto fit tramite: Græce est, καὶ τέλην καὶ τοῖς ἕπει, ἢ μὴ καὶ τοῖς ἕπει. καὶ τοῖς ἕπει δὲ αὐτὸς οὐρανοῦ ἢ καὶ θυμοῦ. idest, Et tertio loco quæ recto fit tramite, quam quæ non recto fit tramite: ipse uero rectio fieri tramite nominat, quod rectio incessu tendit.

APHORISMVS XXI

Q Væ ducere oportet, quò maxime natura uergit per loca conferentia, eò ducere.

BRASAVOLVS

HIPPOCRATES nunc docet, per quem locum ea quæ euacuanda sunt, euacuare oporteat. Illa autem euacuanda sunt, quæ iudicata non sunt, nec iudicatio speratur, uel quæ imperfecte iudicata sunt, tunc opus est medicū euacuare. Sed locus per quem euacuat

euacuat, is esse debet per quem natura uergit; præsertim si loca sint conferentia: nam si non essent conferentia, per illa ducere non oportet: hoc cę sit (ut Oribasius dicit) ut unusquisque humor per suum congruum locum descendat. Philotheus tiero dicit, ὃ τε
ανωτέρος ἀφορισμῶν ὁ ἐπιποκέστης παρακελούμενός θ. τὰ διεγένεται, καὶ τὰ λεγομένα τελέως,
μὴ λανεῖν. τοῦ φυσικοῦ ἀπολόθως, εἰπεν ἀπόλιτος ψήφισται ἡ λειτουργία, εἶπεν δὲ ποιῆσαι τὸν λεγόντον όποι
γένεται, καὶ σῆστος τὸν ἔμμετρόν των χωρίων. οἷον εἰ μὲν φλεγματικός χυμός οὐδὲ μελαγχολικός, καὶ πάτε
τον βεβλώμενον, καὶ διὰ γνήσιων ὄρηποσγνώματας οὐ φύσις ὅλως διέβαε τῷ πνευματικῷ, δέ τοι μετρός
ἱερεσιούσιον ποιήσειν, οὐ λιανιστεῖς γράμματον, οὐ ποδοτεῖται πνίν. εἰ δέ χλιπὸν διέποντας, καὶ ἄλλα
ρέπειν, καὶ σῆστος τὸν ἔμμετρον ἀποδίδειν αὐτὸν, δέ τοι μετρός ἐμποιοῦ παρακελούμενός
σας φαρμακούς, καὶ τοῦ δικριτοῦ ὅπου ἂν μελιστεῖται τὸν οὐ φύσις: εἰπεν γέροντος ποίησιν, πολλὰ πα-
ραγγεῖς τεραρχίας τῇ φύσει, καὶ πάντας τὴν διωματικήν καὶ λινθαλούς τοὺς νοσοῦσι. idest, Hippocra-
tes in præcedenti aphorismo hortatus est, Quæ iudicantur, & iudicata sunt perfecte,
non mouere. Nunc consequēter dicit, Si iudicatio imperfecta fiat, illuc euacuationem
facere oportet quō uergit, & per loca conferentia: ut si pituitosus humor sit, uel atrabi-
larius, & infernas partes onerans, & natura omnino per intestina impetum fecerit, ut
febrem expellat, opus est medicum iritamentum facere, & ut uel clystere utatur, uel ali-
quo accommodato. Si uero bilis superabundet, & sursum repat, naturaç̄ illam per os
expellere conetur, opus est medicum, uomitorium medicamentum preparare: & hoc
est, quorsum maxime natura uergit. Si enim oppositū feceris, multam perturbationem
naturæ parabis, & uiribus labore, & periculum ægris. Eadem ferè ad uerbum à no-
stro incerto interprete scripta sunt, ut uel ipse à Philotheo, uel Philotheus ab ipso acce-
pisse uideatur.

Ἄλλα ἄγεν. idest, Quæ ducere oportet.] Ducere autem est euacuare; nempe mate-
rias per eadem loca ducimus, per quæ euacuamus.

Ἴσον αὖ μελιστεῖται τὸν οὐ φύσις. idest, Quò maxime natura uergit; uel, Quorsum uergit
natura.] Quod potissimum intelligitur, quando iudicatio imperfecta fuerit: nam tunc
uiam quandam sibi eligit natura, tamen imperfecte expellere potuit. Raro autem est,
quoniam hæc uia propria sit, per quam is humor qui peccat, euacuari debeat.

Διατὰ τὸν ἔμμετρόν των χωρίων. idest, Per loca conferentia.] Tamen quia quandoq; natura in expellendo peccat, & per uiam quandam expellit quæ humoris propria non
est, neq; cōueniens, tunc per illum locum medicus ducere non debet, sed opus naturæ
diuertat, & per loca conferentia & conuenientia ducat. Sunt uero conferentia loca illa,
per quæ directe atq; facile peccans materia euacuatur; & is qui euacuatur, facile fert.

Τάχατα ἄγεν. idest, Eò ducere.] Scilicet, oportet, per hæc conferentia loca accommo-
data. Galenus de conferentib; locis, & de huic aphorismi intellectu, in secundo libro
De ratione uictus in morbis acutis agit, sectione decima.

G A L E N V S

Q UÆ' N A M unquam illa fuerint quæ ducere oporteat, quæ uidelicet, neq; iudi-
centur, neq; integræ sunt iudicata. Hæc igitur per quam partem sint euacuanda,
docet; duplīcem nobis dans intentionem, & ipsam partis naturam, & humoris motum.
Ad quem enim locum ex conferentib; uergit, eō ducere conuenit: sunt autem eu-
acuationib; conferentia loca, intestina, uenter atq; uesica, uterus & cutis unitersa. Ad
hæc & palatum & nares, quando uidelicet, uel cerebrum expurgamus, uel per proflu-
uium sanguinis fit excretio, præcipue uero si recto tramite, hoc est per directum ad lo-
cum patientem. Nam quæ contrā fiunt, profluuiā sanguinis mala. Motus uero humoris
noxiū ad loca inutilia sunt, si quando uidelicet hæc ipsa loca aliquem habuerint stupre
natura principatum, & maius ex ipsis damnum est subsequitur, quam morbus, qui
iudicatur, expostulet, uel nullam habeant effluxionem. Exempli gratia. Vbi hepatis humo-
res infestant, quos oporteat euacuari, duæ sunt cōmodæ ipsorum motiones: prima per
uentrem, & ex hac ipsa illa quæ fit per aluum inferiorem: altera quæ fit per uomitum,
melior existit. Secunda per renes, atq; uesicam, non tamen qui ad pulmonem, atq; tho-
racem, & cor, motus, est bonus. Oportet itaq; medicum natura motum animaduerte-
re, & si quidem idoneus fuerit, ei conuenit administrari. Si uero contrarius & noxiū,
hunc prohibere, transferre, atq; diuertere oportet.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, nos ex hoc aphorismo duas intentiones habere, ut partem cognoscamus per quam sint euacuanda superflua, quae neque iudicantur, neque integræ iudicata sunt: una intentio est natura partis, altera humoris motus: nam eò ducere oportet, ad quem locum ex conferentibus uergit. Et si petas, Quænam sint conferen-
tia loca? inquit, Intestina, uenter, atque uesica, ~~utras~~ idest uterus, & cutis uniuersa. Ad de & palatum, nares, & haemorrhoidas. Notat uero Galenus profluuiâ sanguinis, quæ non fiunt per directum ad locum patientem, esse mala: quæ uero fiunt per directum, esse bona. Hanc expositionem posuit ob Hippocratis aphorismum, in quo dicitur: Sanguinem undequaque fluentem, esse malum. At quia hic dixerat esse locum cōferen-
tem nares, quia per ipsas exit sanguis: ne hæc sententia illi aphorismo repugnet, addit id est esse uerum, quando recto tramite, idest per directum ad locum patientem ducitur.

Quod legitur, Quænam unquam illa fuerint. lege, Illa sunt: nam Græce est, ~~τινες τοις θεοις~~.

Quod etiam legitur, Neque iudicentur. lege, Neque iudicantur: Græce est, ~~μη τοις λεπρόις~~.

Quod etiam legitur, Et ipsam partis naturam. Græce est, ~~καὶ τὸ τοις μογίου τὸ πορευόμενον~~ idest, Et ipsius partis naturam.

Quod etiam legitur, Et humoris motum. Græce est, ~~καὶ τὸ ποτλι τὸ χυμοῦ~~ idest, Et humoris inclinationem.

S E C U N D O docet, loca inutilia esse, quando humor ad membrum nobile uergit, adeo ut maius dispendium sequatur, quam si in suo priori loco maneret. Vnde motus humorum ad pulmonem, ad cor, ad thoracem, non est bonus: propterea prohiberi debet, transferri, atque diuerti: exemplumq; tale ponit, Si humores mali in iecore sint, & ad cor atque ad prædicta membra moueantur, tunc motus prohiberi debet. At si ipsam humores ad uentriculum, ad intestina, ad renesque moueantur, is motus bonus est, in quo motu si natura imperfecte moueat, per has conuenientes partes adiuuari debet.

Quod legitur, Quam morbus qui iudicatur, expostulat. Græce est, ~~τὸ λεπρούσιον νοσήματος ἀσθίας~~.

Quod etiam legitur, Ei conuenit adminiculari. Græce est, ~~ταπετέη τε ἀκα καὶ σωφρεῖαν~~ idest, Subseruire simul atque cooperari.

Quod in fine legitur, Transferre atque diuertere: Græce est, ~~καὶ μετάγειν καὶ αἰλυαντί~~ idest, Transmutare & reuellere.

APHORISMVS XXII

C Oncocta medicari, atque mouere non cruda, modo non turgeant, plurima uero non turgent.

BRASAVOLVS

Q V A N D O purgandi sint æ gri, hoc aphorismo Hippocrates docet, idest quæ pottissima conditio ad purgationem exigatur: nempe illa solum quæ cocta sunt, purgare oportet: quæ uero cruda sunt, in nullo morbi tempore mouere debemus, & præser-
tim in principio, in quo omnia incocta permanent, nisi materia turget; raro autem est quod turget.

Hunc aphorismum Hippocrates in libro De humoribus ad uerbum prescribit, in-
quiens: Matura uero medicaminibus purgato, & agitato non cruda, nec per exordia, nisi res poscat: plerumque tamen non poscit. Sed hoc ordine usus est Hippocrates: nam primò illum aphorismum describit, Quæ iudicatur, & iudicata sunt integre. Ad quem hic sequitur, postea ille, Deiectiones non multitudine existimandæ sunt. Deinde ille, Quæ ducere oportet, & eos ita disponit ut continui sint. Et Galenus in libro De ge-
neralibus morborum temporibus, probare uolens principium adeo longum esse, ut la-
titudinem habeat, hunc aphorismum & plures alios in hanc sententiam adducit, Verba
eius pro isto aphorismo hæc sunt: Cocta purgare conuenit, cruda non mouenda, neque
in prin-

In principio, nisi stimulauerint. Idem Galenus in octavo De cōpositione medicamentorum secundum loca, in antidoto hierae Themisonis, & est pīca ipsius Galeni sere, huius aphorismi mentionem faciens, inquit: Concoctis enim medicandum recte sensit Hippocrates, non crudis, neq; per initia, nisi turgeant, hoc est, nisi ad excretionem moeū impellatur, & nondum ullam habeat ad unam partem inclinationē firmam, statinemq; Philotheus aphorismum ita introducit, ὁ περ τότε ἀφορισμὸς οὐκ εὑραταλιπτανόλον χνύων ἢ τὴν λεῖοτε ἐδίσταξεν μάταιον, οὐδὲ σὰ πώποιον χωέλων. ἀλλ' οὐτα μάταιον, οὐδὲ ιτυχγη, αὐτῷ λεγόντοι νῦν ἀφορισμὸς στρεψιται. idest, Aphorismus qui hunc præcedit, nos docuit, humorē in crisi intus derelictum euacuare, & per quales vias: sed ne quis simpliciter & temere ipsum euacuet, hic aphorismus ostendit.

πέντε φαρμακούσιαν. idest, Concocta medicari.] Apud Hippocratem, ut Galenus etiam refert, uerbum φαρμακούσιαν, idest medicari, pro Vti medicamento purgante, accipitur. Medicamentum uero purgans apud antiquos, tale erat, qualia illa sunt, quæ à recentioribus electiua uocantur: quoniam humorē aliquem euacuādum eligunt, ut erat apud antiquos helleborus, colocynthis, scamonium. Hippocrates autem concocta materia nūcupat, quæ ad benignum redacta sit, & ad exēendum per conuenientē viam preparata. Quum igitur materia concocta sit, idest ad benignum & mediocritatem redacta, & à bono segregata, atq; uia preparata fuerit, tunc medicari cōuenit. aliter aequa bona, sicuti mala materia educeretur: imo bona potius, quam mala forte exiret. Si uero dicas, quum ad benignum redacta sit, ad quid illam euacuare? Respondemus, & si mediocris effecta sit, tamen naturam aptam habet, ut facile in pristinam corruptionem regredi possit: propterea illā euacuare melius est: imo si in corpore relinqueretur, ægritudinem faceret. Vel melius dicamus, concoctionem peccantis humoris non consistere in deductione ad benignum, sed potius in præparatione ad expulsiōnem. Vnde concocta, idest præparata.

καὶ λινέαν οὐκ ὡμολ. idest, Et mouere non cruda.] Illa enim mouere cōuenit quæ non sunt cruda. non sunt autem cruda, concocta, & quæ præparata sunt ut facile exēant, hocq; ad potiorem expressionem additum est, quod concocta medicari oportet. nempe & cruda non solum medicari non cōuenit, sed ipsa etiam aliquo modo mouere non debemus, & hoc non solum per medicationē, sed & per quamcunq; aliam motionem, ut per sudorem, per balnea, per ea quæ urinam proritant, per diuersiōnem, uel reuulsio nem, uel per quemcunq; alium motum: unde medicari significat, medicamēto purgante uti. Mouere quemcunq; materiæ motum significat, qui fiat dum est cruda, idest ad exēendum inepta, uel ad mutādum locum. Nec tibi uideatur hæc particula superflua, quoniam idem sint, concocta medicari, & mouere non cruda, nam ad potiorem & ampliorem expositionē posita est. Medicari enim significat medicamento uti, ut diximus: Mouere autem de quocunq; motu intelligitur.

Nota tamen, crudum duobus modis intelligi posse: uno modo id crudum dicitur, quod abest à mediocritate: unde humores pituitosi, crassi, glutinosi, & tenues biliosi crudi dicuntur. Alio modo crudi intelliguntur, idest ad expulsiōnē non præparati. Galenus in quarto libro De sanitate tuēda, de his loquens qui habent crassos humores & crudos, medicados non esse dicit, imo nec quicquam mouendū: inquit enim, Deiectione uero in talibus, tortura & rostiones creat, animiq; deliquia, cū eo quod nec notatu quippiam dignum educit, quando crudi omnes succi, pigri, atq; ad motum inepti, propter crassitudinem frigiditatemq; sunt. Quo si ut etiam omnes angustas vias obstruat, per quas id quod medicamentum deīcit, ferri ad aluum debeat: itaq; nec ipsi educantur, & alijs sint impedimenta. Id quod sane Hippocrates illo oraculo præcauet, quo brevissime præcipit. Concocta medicamēto tentanda esse, non cruda. Eadem de causa nec exercitare, nec omnino mouere: sed nec lauare expedit eos, qui in primis uenis, crudorum copiam habent. Siquidem omnes id genus motus succos illos in totum corpus agunt. Post hæc Galenus his iubet dari medicamenta, quæ attenuent, dissecant, & conficiant succorum crassitudinem, idq; citra manifestum calorē, nam qui excalefacti uehemētius succi sunt, hi in omnem corporis partem feruntur. Ut hinc ex Galeno sumi possit, syrups attenuantes & aperientes dandos esse in crudis humoribus crassis, & etiam hos sy

rupos non debere esse multum calidos. Et quamvis haec omnia in uno lassitudinis generare dicantur, tamen in aegritudinibus ipsis magis uera sunt.

Aliquis uero dubitabit, Et si non licet uti medicamento dum materia est cruda, cur saltem non licet mouere? Id uidetur absurdum.

Respondeamus, Imo non est absurdum. Nam & ab Hippocrate atque Galeno id edocetur, & ratio in promptu est: quia id potius quod bonum est, remouetur, quam prauum: tamē cōcoquī debet, idest syrups præparari hic humor crudus, ut facilius quum tempus erit, exire possit.

Mihi dūt q̄d ἀρχῶν, idest, Necq; in principijs.] Hoc est, non modo quæ prædicta sunt agere conuent, sed necq; in principijs quicquam mouendum est: in quibus multi antiquiores mouere uolebant, & aegros purgare, quibus nunc obstat Hippocrates.

Sunt qui intelligent, non esse mouenda cruda de materiebus pituitosis, crassis, & glutinosis. Hoc autem quod dicitur, Necq; in principijs: positum esse pro materia bifaria & tenui, quando non præparata fuerit. At sicuti hos non improbo, ita nec summe probo. Cur uero haec agenda sint, Philotheus totam causam referre uidetur in naturam, quam imitari debemus. Inquit enim, οὐ γέρεισθε φέρειτε τὸν φύσιγ μακάδημον, οὐδὲ ὁ πότερος οὐχὶ πρότερος ἔρμα τὸν τὸν λεγόντων, εἰ μὴ πρότερον συμπάθεια τὸν ὑλικὸν, οὐτε οὐδὲ τὸν τετράδος, οὐκ ἀπεπήρους, καλα πεπεμψίλιν τὸν ὑλικὸν λεγούσι φέρειτε. εἰ γάρ δέποτε ἀμπελὸν ὑλικὸν πεθάρτω, καὶ χαλεπὶ γίνεται συμπάθεια. Μηδέ τοι γέρεισθε φύσιγ μακάδημον, οὐτε τὸν ὑλικὸν, οὐδὲ τὸ πλεῖστον φύσιγ μακάδημον νοσηματων. idest, Medicus enim naturam imitari debet, & sicuti natura primum ad euacuationē impetuose non aggreditur, nisi prius materiam concoxit; sic & medicus non incoctam, sed coctam materia euacuare debet; si enim materia cruda est, medicamento non obedit, & difficulta fiunt symptoma: ob hoc enim in principio dixit, nam tunc in morborum principijs materia incocta ut plurimum est.

ην μὴ ὄργα. idest, Modo non turget, & de loco ad locum sine ordine & ratione mouatur.] Materiam turgere, sumptum est ab animalibus turgentibus ad humores: nam animalia stare loco non possunt quodāmodo titillantia atque impulsā, concitataq; à passione. Habent uero animalia passionem, quando sunt ad coitum cōcitatā, ut in primo quarti libri aphorismo, & in decimo, & in octavo libro De compositione medicamentorum secundum loca, Galenus docet: inquit enim, Materiam turgere, translatum est ab animalibus quæ ad coitum properant, quum naturali cōcupiscentia moueantur ad seminis excretionem. Ita in nostro corpore inuenitur materia, quæ de loco ad locum quandoq; mouetur, & stare loco nescit, adeo ut aegrotantes multum infestet. Tunc in principio medicari debemus, ne materia haec inconstans membro nobili infigatur, & perimat. Apud Galenum uero haec materia ita commota, re aliqua indiget, tanquam manu ad expulsionis uias trahente. Idēc facile fit, quoniam suapte natura mobilis est & fluens. Si uero in locum aliquem infigeretur, & statutum membrum sibi eligeret, turgida non esset: nec ante coctionem euacuanda erit, quia motum non habet, qui ipsam ad excendum adiuuet, sicuti habet illa quæ turget. Nonnulli uero putant etiam materiam illam turgere, qua & si absq; ordine de loco ad locum non mouetur, saltem ad uias expulsionis aptas mouetur, ut facile educi possit. A quibus non multum diffensione, nam materia quæ in uia est, & si uere turgida non sit, tamen non est opus coctionem aliquam expectare, sed medicamento facile educitur. Nec obstat quod Galenus in octavo De compositione medicamentorum secundum loca, in hiera Themisone disserit, materiam turgētem esse quæ nondum ullam habeat ad unam partem inclinationem firmam. At materia quæ ad uias exitus mouetur, ad unam partem inclinationem habet. Igitur turgida non est. Nos uero dicimus, uias exitus in hoc Galeni loco non dici partes statutas, sed sunt canales per quos haec materia exire debet: quam nos ideo turgidam uocamus: non quia ad membrū nobile moueri possit, sed quia sibi ipsi opem & manum porrigit, ut facile expellatur. Ex hoc enim translatum est uerbum ὄργανον, id est Turgere, ab animalibus ad coitum concitatis, & quia hinc inde mouentur, & quia semen ad uias exitus diriguntur: ut parua etiam confrictione exire possit. Vnde materiam turgidam non solum facio ob motum de loco ad locum, in quo periculum est ne

membro

membro nobili infigatur, sed etiam ex facilitate sui exitus, quia ipsamet sibi ipsi operem fert. Vnde duo erunt materierum turgentium modi: unus, qui consistit in motu materierum ad vias exitus; alter, qui in materiae motu de loco ad locum. In primo, uel cocta uel cruda materia, purgare possumus & debemus, & quicquid fiat, nullum imminet periculum. In secundo, in principio purgare cogimur, ne materia ita incerto motu agitata membro nobili infigatur, & periret. De primo nullam mentionem facit Hippocrates, uel Galenus, utpote de eo in quo quicquid feceris, aut nullum, aut modicum impedimentum sequitur. De secundo, ubique differuerunt: quoniam ex eo multi desiderati sunt, qui in hoc casu Hippocratis praecpta non obseruarunt: & est ualde periculosus hic turgida materia modus. Et si tibi haec uideantur ad libitum dicta, constabit statim, quum materia est in ijs, uel ad vias mouetur, etiam absque coctione euacuanda esse: Sub turgida Hippocratis & Galeni materia contineri posse: nam iubent concocta medicada, nisi materia turgeat. At illa quae sunt in ijs in principio non sunt concocta; tamen sunt absque coctione euacuanda.

Igitur ad turgentia deducimus: quae si tibi placeant, gratum nobis erit: sin minus, liberum unicuique sit sequi quos uelit, & sibi ipsi alia his forsan meliora fingere. Sed haec etiam uera esse non diffidimus.

Vnum tamen nos addemus: Galenum in eo libro qui inscribitur De dictionibus Hippocratis, uerbum ὄγησται, hoc modo interpretari ὄγησται, ἀναμένει, συγκρατεῖ, idest Organistae, immiscere, commiscere.

Τὰ δὲ πόλλα οὐκ ὄγησται.] Antiquus noster contextus legit, τὰ δὲ πάσται. idest, Plurima uero non turgent. Nam, ut Galenus dicit, raro materia mobilis est, sed ut plurimum est fixa, & in eodem loco ad coctionem usque permanet. Philotheus putat solum turgere καρπούς ροθίσκας, τὰ γάρ τοι μὲν οὐκ ὄγησται. idest, Peracutos morbos, reliqui uero non turgent.

Nos uero hic ad plenioram doctrinam, & ne silentio prætereamus id quod nunc in publicis scholis multorum animos uexat, questionem illam discutere instituimus, quae inter eos qui Auicennam sectantur, & qui Galenum uersant, quamvis arbitremur Auicennam in hac re idem cum Galeno sentire. Est autem quæstio illa, Numquid in principio ante coctionem euacuare expediat, uel potius concoctio expectanda sit, etiam si materia non sit furiosa & turgida: hicque duo agemus. Primo, secundum Hippocratem & Galenum hanc rem discussiamus. Deinde, simpliciter in natura.

Sed prius quam ad primum accedamus, tota quæstionis inscriptio exponenda est. Primo uidere oportet, quid sit concoctio: hic per concoctionem intelligimus materiae præparationem ad exitum, quæ præparatio exigit etiam vias paratas. Nam de concoctione qua est transmutatio nutrimenti in naturam nutriti, uel saltē præparatio, hic sermo non fit. Euacuatio, quam Græci λεγόντες uocant, est commune uocabulum tam ad uenæ sectionem, quam ad medicationem, & educationem per urinam, per sudorem, per secessum, & per quemcunq; alium locum. Nunc de sectione uenæ sermo non fit, quoniam apud Galenum constat, in sectione uenæ, quando fieri expedit, non esse coctionem expectandam: sed de purgatione solum agitur, que duplex est: altera est, quam recentes eradicationem uocant; altera, quam minoratiuam. De eradicatione nihil agendum est: quia nullus adeo uecors inuenitur, qui in principio cruda existente materia eradicatione purgare tenet: sed solum de minoratiua euacuatione loquemur.

Additur uero, si materia non sit turgida: quia quum turgida est, euacuare conuenit, etiam si crudissima esset. Vnde hoc quæremus, an licet medico in morborum ijs, quum materia cruda est, minorare materiam, ut natura supra residuum fortior efficiat, facilius concoquere possit. Hoc supposito, quod fixa sit, & non turgida.

At rem hanc exquisitius pertractabimus, si quid intelligere oporteat per turgidam materiam exponamus.

Recentes medici multos materiae turgidae modos enumerant. Primo, inquit, materiam turgidam dici ob multitudinem, etiam si fixa sit: unde si quis multis humoribus abundet, ob multitudinem euacuandus est, quamvis cocti non sint, ne uel aliquod uas disrumpatur, uel intrinseca uis suffocetur.

Sed hic turgida materia modus Hippocrati atq; Galeno aduersatur. Nam ubique Galenus, ut in octavo De compositione medicamentorum secundum loca, hic & in quarto libro, aphorismo primo atq; decimo, iudicat materiam ὄψαν, id est turgere, quae de loco ad locum mobilis est, unde & si fuerit multa, & adhuc plus quam dixerint, modo firma sit, non est turgida: neq; purganda, nisi cocta fuerit: imo non solum materia de loco ad locum mobilis turgida est, sed exigitur motus praecipus atq; impetuosus, non autem parvus & mitis. Vnde Galenus in eo libro Quos oporteat purgare & quo tempore, inquit, Turgere autem humores dicuntur, quum motu impetuoso excitati a corporis partibus sub morbi initia ad partes deinde recurrentes, doloremque inferentes hominem infestant, murmurantes & quietem in totum auferentes: materia ergo turgida impetu habet: quod expressissime ostendit uis Graeca uocis ὄψαν, qua impetuosa quandam commotionem significare uidetur. Materiam ergo ob multitudinem turgida esse non potest, nisi motum simul concitatum nacta sit, atq; impetuose uagantem.

Præterea, si materia multitudine turgidam materiam facit, absurdum ab Hippocrate dictum esset, & à Galeno in Commentarijs confirmatum: plurima uero non turgent, imo plurima turgerent, & non raro. Tamen Ioannes Manardus egregius nostra ætate uir, probat materiam quantitate peccantem esse in principio euacuādam, etiam si non turgat. Concedit ergo non esse turgidam materiam ex multitudine, sed esse euacuādum. Quod his ferè argumentis probat. primo si bonus athletarum habitus euacuādus est, & statim, & hoc non nisi ex abundantia. Igitur & malus ægrotantium habitus, in quibus materia superabundat, statim est euacuandus.

Præterea, si Socrates ex plenitudine uitiosorum humorum febrem incurrat, quum prius euacuatione indigerit, eadem etiam quando febrem habet, indigebit: & multo magis, quia ex febre spirandi necessitas fit, & uires opprimuntur.

Præterea, eadem ratione qua turgentem humorē euacuare cogimur, materia abundantiam euacuare incitamus: nam eadem imminent pericula in materia multitudine, quae in eius turgentia. In eius autem turgentia sequitur uirium dissolutio (nisi euacuatio fiat) caliditatis febrilis augmentū, & periculum ne humores, qui per corpus uagantur, in aliquod principale membrum decumbant. Eadem pericula sunt in materia copia: nam & uires deiecit, & febrem intensam facit, & ad membra principalia decubere potest materia multa.

Addit, facilius occurri materia turgida, quam multa: turgida enim reprimi potest. Sed multa, nullam habet uiam, præter euacuationem qua corrigi possit.

Deniq; si humores qui de loco ad locum mouentur, euacuari debent, Igitur & qui maxime aucti aliqua ex parte euacuādi sunt, quum absq; motu omnia fere loca etiam nobilissima complet.

Hæc sunt Ioannis Manardi argumenta, quibus probat in multitudine humorum absque aliqua coctione in principijs euacuandum esse.

Nos uero ab ea sententia quam prædictimus, nec iota unum per hæc argumenta dimouemur. Putamus enim apud Hippocratem & Galenum non esse in principijs euacuandum, id est quum materia cruda est, etiam si plurima fuerit. Si totum corpus pleroriam patiatur, sectio uenæ fieri debet. Si uero humor alius abundet, & fixus sit, euacuare non oportet, nisi concoctus fuerit. Nec illud ualeat, quod per athletarum exemplum ponitur: nam in sanis quocumq; tempore euacuare licet: in ipsis enim materia parata est, sed in ægris imparata: & ideo non est æqua ratio in athletis sanis atq; repletis, & in ægris, in quibus omnia sunt obstrusa, & materia ad exeendum inepita.

Ex his statim argumentum illud de Socrate aufertur, qui quum sanus est, indiget euacuatione, & cum febre corruptitur, tanto magis euacuatione indiget. Sed æque fieri non potest quum febrem habet, sicuti quum absq; febre erat.

Nec eadem sunt discrimina in multa materia, & in turgente, ratione euacuationis. Nam materiam turgentem facile euacuare potes ante coctionem per leue medicamentum, quod naturam non perturbabit. Hoc autem in multa materia & inconcocta fieri non potest: mouebis enim eodem medicamento, sed non educes. Propterea & si quo ad esse corporis eadem uideant esse pericula; tamen quo ad euacuationē sunt longe plura

ge plura in multa materia, quam in turgida. Concedimus præterea, nullam esse viam reprimendi multam materiam, præter euacuationem, si fieri debet, quando omnia sunt apta & parata, non ita temere in principijs, in quibus magis laeditur, quam iuuenius. Et quod dicit de humoribus omnia loca occupantibus, si plethora sit, uenæ sectio statim fieri debet. Si uero unus uel duo, uel tres humores fuerint, prius præparatio fieri debet. Ex his ergo colligere potes, in humorum abundantia non esse turgidam materiam, ut primi illi putarunt, & in eadem abundantia quando materia penitus cruda est, non esse euacuandum, ut Manardus putat.

Alter est turgidae materiae modus ratione uenenositatis materiae, etiam si in membro aliquo fixa sit. Sed nos & hunc modum ab Hippocratis & Galeni dogmate alienum iudicamus, qui in materia quantumcumque uenenosa medicamentum exhibendum non iudicarunt, nisi materia turget, idest de loco ad locum irrequieto motu concitetur, & sibi ipsis ad exitum opem ferat.

Sed celeberrimus uir Joannes Manardus prima epistola libri decimiertij totis uiris cotendit, ut probet, uenenosam materiam turgidam esse, & absq[ue] præparatione euacuandam. Docet enim primo materiam turgidam esse ob mordacem caliditatem, quæ quodammodo unam partem exurit, ex quo ad aliam transmittitur. Idemque in illa altera parte fit. Igitur ratione qualitatibus turgida. Præterea in pestilent morbo in principijs purgare conuenit, ut testis est Galenus in quinto Methodi medendi libro, ubi edocuit, in illa immani pestilentia, illis qui incolumes eualebere, multis per uomitum, omnibus per uentrem corpus antea fuisse & purgatum & exiccatum. Igitur in pestilent morbo, absq[ue] ulla præparatione in principijs purgare conuenit.

Nos autem (huius uiri pace accepta) dicimus calidam quidem qualitatem causam esse cur turget materia, tamen hoc esse calidum, non est immediata causa cur euacuari debeat, sed potius mediata. Immediata uero est, quia loco stare nescit, & concitata se ipsum ad exitum præparat. Quod autem ex Galeno adducit in illa saeuissima pestilentia, ad rem nihil facit. In eo enim loco Galenus de asperæ arteriæ ulceribus agit, & de his qui pestilent morbo affecti, ephelcida, idest ulceris crustulas ex tussi expuebant. In illo enim loco Galenus de spontina purgatione loquitur: nam pestilent tēpore multi incident alii profluuum, ut ferè uideatur alii profluuum pestilentie peculiare, immo aliqui incident surditates, deinde alii profluuum, iterum surditates, postea ad alii profluuum redeunt, ut multi fecere in illa millesimi quingentesimi uigesimioctaua, saeuissima pestilentia à Manardo citata, & nos in principio multos ita affectos curauimus: in processu uero in Galliam cum illustrissimo principe nostro Hercule duce Ferrariae quarto, profecti sumus. Vnde Galenus de spontina euacuatione intelligit, & non de illa qua per medicamentum fit. At si dixerit, Ex spontina euacuatione modum curandi sumi, nos hoc imus inficias: addimusq[ue], nos uidisse in illa millesimi quingentesimi uigesimioctaua pestilentia, omnes ferè desideratos esse qui medicamentis sunt purgati: immo medicamenta alii profluuum letale in pestilent tempore inducere possent. Propterea & in pestilentia dicimus non esse purgadum ægrum, nisi materia turget, quan do cruda est. In hoc uero casu plurima turget.

Vocant & recentes materiam turgidam ratione loci: unde si in corde uel cerebro materia infixa sit, illam turgidam uocant, & statim euacuandam iubent. Quod nobis certe ab Hippocratis & Galeni decretis alienum uidetur, quia turgidam uolunt esse materiam illam, quæ incerto instabilitate motu concitata est: tamen periculosa dici posset: uerum euacuanda non est, si in hoc membro sit fixa & cruda, sed prius præparanda, ne ex motu per quem nihil nocui exit, pereat homo. Adde, quod nec leuissimum medicamentum, nec aloe ipsam uoluit exhibendam Galenus in octavo De cōpositione medicamentorum secundum loca, in hīera Themisonis, in inflammatione stomachi ante coctionem. Quin & in tertio Methodi libro, in cura inflammationis iecoris ante coctionem, prohibet ne aloe exhibeat, uel quicquam quod urinam cire possit: propteræa materia in membro nobili fixa euacuari non debet, nisi postea quam præparata fuerit: tamen si alia materia per corpus uagaretur incocta, ne in idem membrum inflatur, & inflammatione augeat, statim purganda est. Sed hoc ideo fit, quia turgida est.

Simpliciter

Simpliciter ergo crudam materiam quæ infixa est, uel integræ, uel pro parte euacuare non oportet.

SED Ioannes Manardus multis modis in principijs euacuâdam esse probat, quo^s modos hic breibus in ordinem disponemus.

Primo supponit Hippocratem de medicamentis suo tempore cognitis mentionem facere, quæ & calidissima erant, & corpus magnopere agitantia: & ideo illa prohibet in morborū initijs exhibenda. Nos uero & frigida & temperata habemus medicamenta, quæ ab antiquioribus illis ignorabantur: qualia Ægyptia siliqua, tamarindi, manna, myrobalani, & alia huius generis facilis, quæ quo cuncti morbi tempore præbere nihil impedit. Imò experientia docet, si exhibeantur, conferre: & ipse per quadraginta octo annos in principio Ægyptiam siliquam, cassiam uocatam, cum tertia parte Diaphini, conis medicamenti, magno semper ægrorum commodo præbuit.

Præterea Hippocrates in secundo Aphorismorum libro, aphorismo uigesimali, dicit: Quum morbi incohant, si quid uidetur mouendum, moue. Galenus uero in huius loci Commentarij docet, Interdum in morborum salubrium initijs purgationem esse faciendam, ut minorem iam factam materiam natura facilius concoquere ualeat. Quod autem Galenus interdum faciendum dicit, nostro hoc æuo crebro, & quotidie ob ganeam, ob ingluuem facere expedit. nam antiqui quotidianis exercitijs, frictionibus, balneis, ciborum superflua discussibant atque resolutebant. Si ergo antiquo illo seculo, in quo sobrie uiuebant, quandoque in morborum initijs Hippocrates purgandum iussit, in nostro hoc, ad ganeam & compotiones prono, creberrime in initio purgatione expedit.

Adde, Hippocratem in lateralî morbo, in quo materia de loco ad locum non uagatur, in quanto De ratione uictus in morbis acutis, medicamentum præbuisse: & Galenus in Commentarij, modo prima die, modo secunda, modo tertia, modo quarta, modo quinta, medicamentum exhibuisse fatetur.

Quarto, Galenus in Methodo medendi, in principio ad animi usq[ue] defectum sanguinem mittit: quod in doloribus etiam in sequentibus aphorismis facit.

Quinto, Galenus in quarto De sanitate tuenda, hac regula usus est, Quoties uenæ sectione egens, eam detrectat, uicariam ei subiectâ copiosiore purgatione. Quod quum ita in principio, sicuti materia iam cocta possit contingere: sequitur, in hoc casu recte in principio fieri posse purgationem.

Sexto, idem Galenus primo libro De compositione medicamentorum secundum loca, nulla præcedente coctione aut præparatione, utrancq[ue] bilem purgat in alopecia. & paulò deinde, idem facit in manantibus capitis ulceribus, quas Græci ἄχωρε vocant: & in libro secundo, Idem facit in capitib[us] dolore: & libro decimotertio Methodi medendi scriptum reliquit. Multos uidissem, quibus inflammatio in oculis cooperat, sola per inferiorem uentrem purgatione una die fuisse curatos.

Septimo, Hippocrates in Epidemijs, In uulnernis & fracturis plerumq[ue] purgatione uituit absq[ue] ulla coctionis mentione. Imò nunquam inuenies Galenum in alijs à febre morbis coctionem expectantem.

Octavo, tenues humores uel imbibiti sint in uascularum parietibus, uel in ipsis uasculis sint, nunquam ab Hippocrate uel Galeno præparatur, quum suapte natura fluidi sint: unde tenues humores in tunicis uentriculi receptos, septimo Methodi libro, absq[ue] que coctione per picram purgare docet, aut per aquam mulsam, in qua sit decoctum absinthium: tenacem uero pituitam uentriculo annexam incidi iubet ante purgationem. Quum igitur humores erunt tenues, in principio purgari poterunt, quoniā nū hil aliud exigitur, ut Galenus in illo aphorismo docet, Corpora ubi quipiam purgare uoluerit, oportet fluida facere: & in Commentatione aphorismi uigesimali quarti, primi libri.

H & C sunt acerrima doctissimi uiri tela, quæ apud Galenum & Hippocratem, in principijs purgandum esse suadent, quando materia cruda sit, etiam si non turget. Quibus Auerrois sententiam addere cogitauimus, qui septimo sui libri inscripti Colliget, hoc argumentum facit: Sicuti in principio absq[ue] ulla coctione sanguinem mittimus

mus, eodem modo medicamentum dare conuenit. Si dicas per medicamentum tam bonum quam malum euacuari. Idem contingit in uenæ sectione: unde si uenæ sectionem facere potes, & medicamentum dare nihil prohibebit, præsertim quum æque exmissione sanguinis, sicuti ex medicamento commouentur humores. At si dixeris, medicamentum supercalefacie, quod sectione uenæ non facit, Auerroes ad frigidum medicamentum confugiet. Et si addideris, In exhibitione medicamenti timorem incidere, ne moueat & non educat, & ne in hoc uero obstruacio magna sit: Auerroes uirum quemdam accipiet, quem optime noscat, & quem nullam obstructionem habere sciat.

Sunt equidem haec argumenta docto uiro digna, sed talia, ut nos à nostra iam dicta sententia nec pauxillum dimouere possint. Dicamus igitur apud Hippocrate & Galenum, in principijs, id est quando cruda est materia, nunquam purgandum esse, uel etiam ea purgatione, quæ solam materię peccantis portionem educit, quam recentes minorat uocant. Quod ubiq; locorum, ubi de hac re mentio contingit, ab Hippocrate & Galeno edoceatur. Reliquum uero est, Manardi rationes soluere. Prima igitur Manardi ratio in idem incidit, quod ab alijs recentibus uerum putatur, scilicet in principijs non esse euacuandum fortí medicamento, sed debili. At nos simpliciter dicimus, Si medicamentum materię cruda portionem etiacuet, uel sit aptum euacuare, ob id non esse danum, quoniam tam bonum, quam malum educet. Imò Galenus, in inflammatione uentriculi hieram exhiberi prohibet, quæ tamen debile medicamentum est: unde si leue medicamentum ob hanc intentionem propinabis, ut materia partem educas, quæ cruda est, aberras, & ab antiquorum regulis deuias. At si ob alia intentionem præbere tentes, ut communes feces educas, & illa quæ in uentriculi cauitate, & intestinis continentur, Aegyptiam siliquam exhibere nihil impedit. Et si Manardus per tantum temporis spatium in principijs quum materia esset cruda, Aegyptiam siliquam & medicamentum de dactylis nuncupatum propinauerit, & semper prodeesse perceperit. Scire oportet non prodeesse, quia crudam materię euacuet: sed quoniam & communes feces & materias aliquas in mesenteri uenis contentas educit, & quia aliqua præparata materia in corpore inuenientur, quam medicamentum educit.

Ad secundam, magna recentiorum pugna est in expositione huius aphorismi, ut suo loco ostendemus. Nunc uero nos dicimus, Si quid uidetur mouendum uel per uenæ sectionem, uel per medicamentum, uel quocunq; alio modo; per uenæ quidem sectionem, si abundet sanguis: per medicamentū uero, si materia turget, uel sit facta coctio: ut contingere potest in trium dierum spatio, nam & principium trium dierum spatium significat, ut Galenus in libro De crisibus docet. An uero nunc in ganeam procliviores sint, quam Galeni tempore fuerint, ambigimus. Nam totus Seneca, qui ante Galenum scripsit, obiurgationibus in ganeam & gula scitamenta scatet: sed esto, sit nostra hac etas in ingluuiem magis prona: obstructionibus etiam abundantib; & crassioribus glutinoso ribus: materiebus, ut nostra corpora ad medicamenta ineptiora sint, nisi præparentur. Id uero quod à Galeno in commentarijs uigesimoni aphorismi secundi libri citatur, quod in principijs nonnunquam sit euacuandum, id intelligere oportet, quando rationabiliter fieri debet: nam tunc minor facta materia natura illa facilius cōcoquere potest.

Ad tertiam, de lateralī morbo medicamentum exhibet, non ut materiam etiacuet in inflammatione contentam: sed ut eam quæ ad locum læsum discurrere posset, & inflammationem augere abducat, quæ ad exitum præparata est, uel præparati supponit: imò hoc sape contingit, quod materia alia cocta est, quæ in toto corpore continet. Illa uero quæ inflammationem facit, cruda est, & in toto corpore coctionis signa apparebunt, in inflammatione minime: imò si reliqui totius corporis humores crudi sint, quod facile per urinam ostenditur, euacuare non oportet, & Hippocrates atq; Galenus in hoc casu non euacuarent.

Ad quartam, de uenæ sectione in hac difficultate non agimus, quoniam nullus est qui inficias eat, illam ante coctionem in principijs fieri debere.

Ad quintam, Galenus in hoc citato loco de sanis intelligit, quos præseruare doceat: in his uero nulla coctio expectatur. In libro enim De curandi ratione, per medicas

medicamentum, ante febrem euacuat. Sed incipiente febre, id non facit, nisi postquam materia cocta sit. Et in libro, Quos oporteat purgare; quando & quibus medicamentis, quando uena secunda sit, quando medicamentum exhibendum, & quando aliter euacuandum sit, edocet: hæc in sanis absque aliqua præparatione facit, quam semper in ægris expectat. Nec proportio ualeat, hæc possent contingere in morborum initijs, ergo in principijs recte fieri posset: nam & si quis in morborum principijs uenæ sectionem detrectet, purgadus non est: quia materia ex uero medicamentis ad exitum est inepta.

Ad sextam, purgat Galenus utrancq; bilem, quæ in toto corpore est, præparatam in alopecia; non tamen illam quæ actu alopeciam facit. Idem evenit in emanantibus capitis ulceribus, & in capitis dolore. Oculorum uero inflammatio ob medicamentum eadem die sanatur, quia totius corporis materia quæ in oculum progreedi posset, euacuat. Illa uero quæ inflammationem facit, nulla amplius subministrante, facile atq; breui absumitur.

Ad septimam, In uulneribus & fracturis, omnes corporis humores præparati sunt; nam in principijs febre carere solent, & eos euacuamus, qui ad locum nondum peruenire, aut fractum, aut uulnere affectum; idemq; in alijs à febre morbis contingere non diffidimus.

Ad octauam, Tenues humores, si uiræ paratae fuerint in principijs educendi sunt, quia nulla alia coctione indigent. Vnde & Galenus in libro, Quos oporteat purgare; scrofulos humores à principio purgare suadet, nulla coctione expectata. In crasis uero expectandam iubet. Intellige autem præparationem uirarum præcessisse. Non desine tamen qui dixerint, in principio tertiana febris eo purgandum esse, quia materia turget: nam de loco ad locum mouetur. At nos dicimus, in tertiana febre moueri quidem materiam in principio, partim ad uentriculum, partim ad uenas, partim ad musculos. Sed ex hoc turgere non dicitur, quoniam ordinate mouetur: turgida uero materia de loco ad locum impetuose rapitur, & modo hoc, modo illuc uage discurrat.

Ad auerois argumentum dicimus, non esse æqualia uenæ sectionem, & medicamenti propinicationem: nam in medicamentis exhibitione multum uereris oportet, quod in uenæ sectione non conuenit: non enim similia sunt; nam medicamenta præsertim illa quæ à uenis totius corporis educunt, recte educere non possent, nisi quidp; am ueneno si participient, ob quod & uis imbecillior redditur, & natura ipsa afficitur, quæ in sectione uenæ non contingunt. Præterea medicamentum, totum corpus calefacit, & mire febrem exauget, quod à uenæ sectione fieri non potest. Si dicas, te medicamenti caliditatem moderaturum, hoc uanum est: quia si frigidum addideris, opus erit, te medicamentum calidum augere, si humores ducere habeat, quos caliditate sua educit. Adde, alium esse humorum motum in uenæ sectione, & longe diuersum, alium in medicamento: nam in uenæ sectione est sanguinis motus assuetus, qui per uenas continuo discurrat, & hoc sura natura facit: quum uero exit, etiam discurrat. Medicamentū uero, motum præter naturam & insuetum in humoribus facit: nam uiolentia quadam & uir præter naturam humores extra uenas dicit, & unum ab alio segregat, quos natura simul miscuerat: itaq; humorum coctio in uenis impeditur. Vides ergo medicamenti differētiam, & uenæ sectionis: præterea in morborum principio sanguinis missio fieri debet, & non per medicamentum euacuatio, nisi postea quæ materia cocta fuerit.

Nunc igitur in hac materia receptui canamus, dicentes duplex esse medicamentorum genus: aliqua aluum lenientia, aliqua per electionem educētia, quæ à Græcis θραγμά, id est purgatoria uocantur. Prima illa medicamenta quæ aluum leniunt, & emolliunt, & quæ illam lubricam faciunt, in principio absq; ulla coctione dari possunt: nam id solum educunt, quod in uirs inueniunt: & non materiam peccantem quæ cruda est. At medicamenta purgatoria dari non debent, si materia cruda fuerit: neq; ad integrā purgationem, neq; ad particularem faciendam: sed expectanda concoctio, nisi materia turget, & nisi sit in uirs exitus. Sectio autem uenæ & sanguinis missio in principijs potissimum fieri debent.

CONSVEVIT Hippocrates dicere Medicari, pro Utī medicamēto purgante,
Verbum autem Turgere, translatum est ab animalibus ad humores. nam sicuti
illa stare loco non possunt quodammodo titillantia atq; impulsa cōcitataq; à paſſione;
ſic & humores plerūq; in motu uehemētore atq; transfluxu, ab una parte ad aliam,
in morbi principio, hominē infestant mouentes, fastidientes, titillantes, & quiescere
non permittentes, quum & ipli pariter moueantur & transfluent, & tanto motu de lo-
co ad locum, ægrū molestent. Tales itaq; humores euacuare conuenit, hoc eft qui agi-
tantur, & de loco ad locum mouentur, ac transfluent: eos uero qui ſunt in aliqua cor-
poris parte firmati, neq; alio auxilio mouere oportet, neque medicari ante coctionem.
Tunc enim & naturam ipsam habemus euacuationi adminiculantē, uidetur ſiquidem
& ipla poſt coctiones, humores diſcernere, & ſuperfluuitates expellere, quo in tempore
ſiunt iudicationes. Sed quā perfecte ipla mouetur, medicamento opus non eft; ſi uero
mediocriſ atq; imbecillius agat, id quod deficit oportet ſupplere, ut ex utroque noxij
humoris fiat euacuatio, natura quidē expellente, medicamento uero attrahente. Oſte-
num enim eft à nobis in commētarijs De potentijs naturalibus, naturam uniuersitatisq;
particulae quatuor uti potentijs, & attractiva proprij alimenti, & eiusdem retentiva, &
præterea concoctiva, & quarta alienorum expulſiva. Singula uero medicamenta pro-
prium ſibi attrahunt humorem. Bene autē sermoni addidit, Plurima uero non turgent:
& diſcre oportet hoc ab experientia, quod uidelicit humorū transfluxus ab una par-
te ad aliam raro contingunt, ſed frequentius quietē habent, & in una aliqua parte con-
ſiunt, in qua etiam concoquuntur toto morbi tempore uſq; ad eius ſolutionem. Sci-
re autem oportet, quod in quibusdam exemplaribus hic aphorismus ſcriptus non eft,
in libro autem De humorib; paſsim ſcriptus inuenitur.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus uerbum φερμακού, idest Medicari, exponit; quod dicit apud
Hippocratem accipi pro eo quod eft, Utī medicamēto purgante.

S E C U N D O docet, uerbum ἔγχων, idest Turgere, per translationem dictum eſſe
ab animalibus turgentibus ad humores. nam ſicuti animalia ad coitum concitata, ſtare
loco non poſſunt: ſed modo huc, modo illuc uagantur: à paſſione quā tentigo eft, agi-
tata. Eodem modo in noſtro corpore humores, quandoq; in morborum principijs ue-
hermenter moti ægrum iplum infenſant, & fastidio afficiunt.

Quod legitur, Translatum eft ab animalibus ad humores: Græce legitur, Ab ani-
malibus turgentibus ad humores. nam Græce dicit, ἐπὶ τῷ ὄργαντοι ζῶον.

Quod etiam legitur, Stare loco non poſſunt. Græce eft, οὐ καθέσθησαν, qui-
ſcere non poſſunt.

Et quod legitur, Titillantia; Græce eft, γργαλιζόμενα.

Et illud, Cibum fastidientes: in Græco codice non habetur.

Quod etiam legitur, Quum & ipli pariter moueantur, lege, Sed ipli: nam Græce
habetur, ἀλλα τοις.

T E R T I O Galenus docet, humores turgentes, & qui de loco ad locum uagantur,
eſſe euacuandoſ, etiā ſi crudī ſint. Sed in aliqua corporis parte firmatoſ, euacuare non
debeamus, neq; alio auxilio mouere ante coctionem. In hiſ uero qui concitati ſunt, euac-
uare licet: quia tunc naturam iplam habemus euacuationi adminiculantē: nam & ea-
dem natura poſt coctionē humores diſcernere, & ſuperfluuitates expellere uidetur, quo
tempore iudicationes fieri ſolent. In noſtro antiquo contextu, hoc uerbum Iudica-
tiones, dupliciter legitur: uno modo, & leſionis, quam lectionem & contextus Aldinus
habet: alio modo, ἐννεάτης.

Q U A R T O docet, quum natura perfecte mouet, & humores euacuat, tunc medi-
camēto non egemus: at ſi imbecillius agat, & inepte euacuat, opus eft ei quod deficit
medicū ſupplere, ut partim ex natura, partim ex medicamento perfecta fiat euacua-
tio, natura ſiquidem expellente, & medicamento attrahente. In omni enim noſtri cor-
poris particula ſunt quatuor uirtutes, ut in libro De potentijs naturalibus oſtēſum eft;
hiſcē natura, idest uis intrinſeca, ueluti instrumentis utitur; attractiva proprij alimenti,

retentiva, nutritiva, & superfuitatum expulsiva. Addendum præterea est: Omne medicamentum proprium humorem sibi attrahere. Quod fieri dicit Galenus à quadam substantiali similitudine.

Quod legitur, Id quod deficit, oportet supplere. addi debet Medicantes; nam Græce legitur, ἀλεπον, αὐτὸς χρή πει στόλων φαρμακοντος.

QVINTO Galenus docet conuenienter additum esse, plurima uero non turgent, quoniam humorum de parte ad partem transfluxus raro contingunt, sed frequentius quietem habent, & in una parte consistunt, in qua toto morbi tempore, usq; ad eius solutionem concoquuntur.

Deniq; notat, hunc aphorismum in quibusdam exemplarib; scriptum non esse, tam in libr; De humoribus scriptus inuenitur.

Quod legitur, In libro autem De humoribus passim scriptus inuenitur: Græce est, οὐ μέν τοι τὸ πόθεν χυμάδη γίνεται γέγονον. idest, Sed in omnibus libr; De humoribus scriptus inuenitur. Tamen & Oribasius in suo contextu non habuit, quoniā neq; illum interpretatur, neq; mentionem aliquam eius facit.

APHORISMVS XXIII

Diectiones non multitudine sunt aestimandæ, sed si talia deficiantur, qualia conueniunt, & æ gri facile tolerant. Atq; ubi usq; ad animi defecctionem expedit ducere, faciendum, si æ ger posset tolerare.

BRASAVOLVS

IDEM Hippocratis tempore fuisse arbitror, quod nunc apud vulgus usu uenire compertum est: nam in medicationibus excrementorum multitudinem considerant, immo & nonnulli medici æ gros solum interrogat, an multū multisq; uicibus excreuerint. Quod si faciūt sit, euacuationem illam extollunt, non considerantes, an talia expurgata sint, qualia expurgare oportebat. Sed hæc alfas: nunc ad rem accedentes, dicamus, Hippocratem superius qualitatis euacuandæ indicia posuisse: nunquā uero de quantitate mentionem fecerat: præterea in hoc loco terminum euacuationis quo ad quātitatem, edocere statuit. Terminus uero ex tolerantia facilitate habetur, unde diectiones arte uel natura factæ, multitudine sua aestimanda non sunt, ut is qui euacuat, multum creuerit. Sed considerare opus est, nunequid illa quæ excernuntur, talia sint, qualia excerne re oportebat; & is qui euacuat, facile ferat; nempe si facile ferat, & alleuietur, satis excretū est; præfertim quum talia exierint, qualia exire oportebat. Adde si in aliquo æ gro usq; ad animi defecuum ducere opus sit, ducendum est: præfertim si æ ger ferre posset, at si ferre non posset, ad animi defecuum ducere non conuenit. Vnde Oribasius dicit, copiam uero nō aestimare oportet; uerb; gratia, Ingreditur ignarus medicus exhibet auxiliū quod per uentrem purgat, purgat tres sextarios. Nihil proficit naturæ, quia non depositus contrarium humorem. Accedit enim peritus medicus, & non considerat copiam quam purgauit, & iterat purgationem, & dat humoris delinquēti proprium, unde hemina deejicitur, continuo facile fert natura, quia leuata est inimico. Philotheus hoc modo aphorismum introducit, γίνεται πόθεν τὸ τέταρτον ἀφορισμός, πόθεν καθάρσις θελέχθη, γίνεται λειτήριον εκκενώσις πρεσβύτερον τοῦ θυροειδοῦ. idest, In his aphorismis qui hunc præcedunt, de purgatione disputatum est. In hoc autem iudicium excremēti seu egestionis tradit, quod bene ferat, uel æ gri tolerantiam. Hippocrates in libro De humoribus, præsentem aphorismum hoc ordine scripsit: primo hic præcedit, Quæ ducere oportet, educenda & agenda sunt; quæ conferant, deinde sequitur, Quæ copia ne respectato, sed donec qualia oportet, facileq; ferat, prodeunt. Sed si dum hæc ages, male haberent, aliò uertito, & eò ducito, cuius causa hoc fit. Sed cum primis, sufficietur necne sit languens, considerato.

τὰ χαρακτῆρα. idest, Diectiones.] Et potissimum illæ quæ per aluum dicuntur, quamvis & ad alias omnes ampliari possit.

m^o 7^o

Min ἔτει πλήθε τεκμάρεσθαι. idest, Non multitudine aestimanda sunt.] Nam solum ea cum malam qualitatem, & ægri tolerantiam considerare debemus.

ἀλλ' ὡς οὐ χωρίς οὐδὲ δέ, καὶ φρέσες θυφόρως. idest, Sed si talia deſciantur qualia oportet, & æger facile ferat.] Hæc duo sunt quæ evacuationem obſeruandam eſſe & aestimandam faciunt: qualitas excrementorum, & bona tolerantia, nam si bonus humor excedatur, non bene tolerat; si malus, facile fert. Et ideo Philotheus dicit, τοῦ γὰρ βλασπημού ἐκκενούμενον χυμον· πρόσιγλον ὅτι θυφοῖς τὴν νάρκωντα στρέψεται. idest, Etenim humore noxio deiecto, absq; dubio bona tolerantia patientem expiciet.

Kαὶ οὖν δέ ἄχει λεποδυμίας ἀγεν, ηὔτε δέρη ποιεῖσθαι, ηὔτε φρέσεις ὁ νοσόων. idest, Et ubi oportet, usq; ad animi defectum dicere, & hoc faciendum, si æger sufficiat, uel fatis habet uitium.] Sunt uero aliqui casus, in quibus usq; ad animi defectum dicere expedit. Galenus hos enumerat, maximam inflammationem, febrem adutētem & dolorem uehementissimum. Philotheus dicit, quod Hippocrates his uerbis usus, μετήγαγρη τῷ λόγῳ ἀρχῆ της λαζάρους ἦν τὸν λόγον λεγόντων. idest, A purgatione ad evacuationem uel uenæ sectionem, sermonem transfluit. Et statim prosequitur, in quibus, sic inquiens: ἂν ποιῶ ἀλλ' ἄχει λεποδυμίας ἀγενοφρέσης οὐδὲ, ἀλλ' οὐδὲ ηὔτε τότερον οὐ πάντας, ἀλλ' ἐφ' ἣν ἔργωται οὐδὲποτε. δέρη γαρ οὐδὲν τὸ ηὔτε φρέσεις ὁ νοσόων. οἱ ηὔτε αἰτίαι μέχρι λεποδυμίας τὸν λεγόντων ἀλλ' οὐδὲ ποιεῖσθαι φέρονται, οὐδὲ οἱ λαστάδεις πυρετοὶ οὐδὲ χυμοί οὐδὲ πλούτοις. οὐδὲ δέ τινα οὐ πιπελώμῳ ἔχα, οὐδὲ σπονδηα, ηὔτε πιστοπτῷ μορθείαν, οὐδὲ μέχρι λεποδυμίας, οὐδὲ ποιεῖσθαι πυρετού, λεφθέσαι φλεβοτομία, οὐδὲ ποιεῖσθαι φλογούσαι ποιεῖσθαι λαστοθύννονται, λεποδυμία γαρ Ψύχει τὸ σῶμα. idest, In qualibus autem manifestum est, quod usq; ad animi defectum ducimus in calidissime febribus; sed & in his non omnibus, at in quibus uires ualidae sint: hoc enim est, si æger tolerare possit. Causa uero ob quam in talibus usq; ad animi defectum evacuationem ferimus, est, quoniam ardentes febres in corruptis humoribus incenduntur. corruptio uero duo quædam habet, materiam corruptam, & qualitatis malitiām: postea quam in talibus febribus usq; ad animi defectum sectio uenæ facta est, & quantitas materia surripitur, & acritudo atq; accensa quātitas restinguatur: nam animi defectus corpus refrigerat. Oribalius uero tria enumerat, in quibus usq; ad animi defectum inanire cōueniat, inquiens, Nimirum in tribus, in mediorum tumore, causone febre, & dolore pedum. Et cur in tumore mediorum? Quia ex putredine fit, ergo ad defectionē dendum præcipit, quod signum est abundantiam esse subtractam. In caufo ne uero tam diu iubet uenæ sectione detrahī, usq; dum animus deficit. Galenus refert, quendam hominem uenam incidiſſe laboranti causone, qui dolore excruciat. Cui dixit Galenus, Homo occidisti febrem. In dolore pedum duobus modis prodest: uno, quia subtrahit materies; altero, quia dum excruciantur, doloris obliuiscuntur. Hæc Oribalius, qui de mediorum tumore quid intelligat, cognitu difficile uidetur.

Quid uero sit animi defectus in hoc loco, in Galeni commentatione edocebimus.

G A L E N V S

SI V E à natura, siue à nobis euacuatio fiat, omnino metiri oportet quantū sit euacuandum. Sicuti, enim qualitatē eligimus, humorē noxiū atq; molestū euacuantēs: ita quantitatē oportet eiusdem humoris noxiū multitudinē facere congruentem. Sed qualitatis quidem indicia superius diximus, ubi illum aphorismū exposuimus, cuius principiū est, In perturbationib; uentris. Quantitatū uero nullum habemus indicium; ob hanc igitur causam nobis dedit Hippocrates de eadem quantitate iudicandi uiām, ex facilitate tolerantiae. Nam si humor superexcedens euacuetur, tunc ipsum se ipso ægrotum fieri leuiorem, & melius tolerare est necessarium: quod si aliquod etiam ex his que natura constant, excernatur, dissolui ac debilitari ægri uires, & quandam sentire afflictionem. Quare non promptam eorum quæ euacuātur quantitatis phantasiam oportet attendere, sed duas quæ dictæ sunt, significatiōnes. Si quālia oportet euacuantur, & si facile tolerant. Quod autem postea ab ipso subiungitur; Atq; ubi usq; ad animi defectionem expedit dicere, recte quidem ab ipso dictum est,

sed adiçere oportet usus significatiōes. Quia uero ipse prætermisit, nos ex quibus ipsa experientia, & ratione uidemur inuenisse dispositiones, in quibus expedit utq; ad animi defecctionem evacuare, dicemus. Et primum usq; ad quam animi defecctionem dictum ab ipso fuerit, distinguere oportet. Neque enim tales dicit animi defectus, qui & expauescentibus aliquando ægris uenæ sectionem, uel tale auxilium aliquod solent accidere. Necq; uero cum in ore uentriculi humores mordaces aliquando fuerint, uel prius in ipso coaceruati, uel qui in ipso remedij usū ad ipsum defluxerint, causam dederint animæ defecctionis. Solent enim & hoc tempore pati animi defecctionē, non tamen huiusmodi animi defectio est sufficiens mensura euacuationis, quæ nonnunquā citra necessitatē contingit; sicuti febricitantes pleriq;, uel inter surgendum, uel residendum, animo defecerunt, ob quam causam accubentibus ipsis fecamus uenam. Ea igitur que sit animi defectio ratione euacuationis, nunc ab Hippocrate dicta est, esse meliora euacuationis, & in maximis inflammationibus, & in aduentibus febribus, & uehementissimis doloribus. Oportet autem, sicuti & ipse inquit, uiribus integris atq; ualētibus tantam moliri euacuationem, & nos sæpius huiuscemodi euacuationes prodesse plurimum, experientia didicimus. Nam & in ardentiissimis febribus, si usq; ad animi defecctionē sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, & plurimis etiam aliis citatur, & sudores emanant, & quidam eorum ex his sanitati sunt restituti, alij adiuti plurimum, uehementiam ægritudinis abscederunt. In maximis uero doloribus nullum maius inueni remedium, quam usq; ad animi defecctionem euacuare, adhibita distinctione, an mittere sanguinem, an purgare oporteat usq; ad animi defecctionem, quemadmodum in libro De uenæ sectione monstrauimus.

BRASAVOLVS

P R I M O Galenus docet, siue à natura, siue à nobis euacuatio fiat, omnino metiri oportere quantitatem euacuationis; nam sicuti opus est secundum humorē peccantem, qualitatem euacuare, ita opus est secundum huius noxiū humoris quantitatē euacuationē augere uel minuere, de qualitatib; indicis superioris egimus in illo aphorismo, In perturbationib; uentris, nullum uero usquam quātitatis indicium habuimus. Ob hanc causam Hippocrates nobis uiam dedit de hac quantitatē iudicandi: unde si humor superexcedens euacuetur, & æger se ipso leuior fit, & bene fert. At si aliquod excernatur ex his que naturæ conserunt, ægri uires imbecilles fiunt, & difficultatē quamdam sentiunt. Et ideo non est attendēda quantitas eorum quæ euacuātur, sed hæc duo, Si qualia oportet, euacuentur, & si facile tolerant.

Quod legitur, Omnia metiri oportet quantū sit euacuandum: Græce est, οὐ τὸν τοῦ ἀριθμὸν τὸ μέτρον αὐθί. idest, Omnia determinare oportet aliquam mēsuram ipsis.

Quod etiam legitur, Sicuti enim qualitatem eligimus, humorē noxiū atq; molestum euacuantes, ita quantitatē oportet eiusdem humoris noxiū multitudini facere congruentem. Græce habetur, ὡς γαρ τὸν πολὺν τὸν τῷ λεπτῷ τῷ λυθεῖται χρύσον, ὅτῳ ζεῦ σηλευόται καὶ τὸν πολὺν τοῦ πλήρει τὸ λεπτών τοῦ ἀριθμοῦ. idest, Sicuti enim qualitatem secundum humorē noxiū oportet euacuare, ita uidelicet & quantitatē oportet eiusdem humoris noxiū multitudini facere congruentem.

Quod etiam legitur, Quantitatē uero nullum habemus indicium. legi debet, Nullum tale habemus indicium, nam Græce habetur, οὐ πολὺτος δὲ πολὺν τὸν τέλευτον γένος μα.

Quod etiam legitur, Iudicandi uiam ex facilitate tolerantia. Græce est, Κριτήσοις τὸν θύρων μα.

Quod deinde sequitur, Et melius tolerare est necessariū: Græce est, οὐδὲ θύρων τὸν γένος μα. idest, Et optime toleratē necessarium est. Ita commodius uidetur interpretādum propter particulam πονητῶν, idest leuorem prepositam ē in infinitū.

Quod etiam legitur, Et quandam sentire afflictionem: Græce est, οὐδὲ θύρων τὸν θύρων μα, idest, sentireq; difficultatem.

S E C U N D O docet, recte dictum esse, atq; ubi usq; ad animi defectum expedit ducre, ducendum. Sed exponentum est de quo animi defectu intelligat, nam multis mo

dis

dis dicitur; etenim unus est animi defectus modus, quando aliqui ex timore deficiunt, quum ipsis uena secatur: nam intus sanguis & spiritus retrahuntur. Alter, quando aliquis in ore uterculi, quod maxime sensibile est, mordaces humores habuerit, qui illuc cucurrerint, uel prius fuerint. Alter modus ob febrem est, quādo ægri surgunt: propter hoc iubet eos iacere, quibus secta est uena. Alter modus defectionis animi est, ob evacuationem quæ nimis plena sit: & de hoc solo intelligit Hippocrates, quæ est mensura euacuationis: & hoc in omnibus potissimum casibus in maximis inflammationibus, in adurentibus febris, & in uehementissimis doloribus.

Quod legitur, *Vsus significaciones: Græce est, τὸ γνωστατικὸν γένος, idest, Vsus cognitiones.*

Quod legitur, *Qui & expauescentibus aliquando ægris uena sectionem. in nostro antiquo contextu sunt duæ lectiones: una quam Leonicenus habebat, & in Aldino contextu scripta est, scilicet ὅσαι φοβθεόντων γίνεται τὸν καμόντων, οὐ τὰ δὲ φλεβῶς πλαγῆσθαι. Secunda lectio habet, ὅσαι φοβθεόντων γίνεται τὸν καμόντων, οὐ δὲ φλεγμονής, οὐ φλεβῶς πλαγῆσθαι. idest, Qui & expauescentibus aliquando ægris uel inflammationis uel uena sectionem.*

Quod etiam legitur, *Et in adurentibus febris. Græce est, οὐ τυρετῶν σχετικά τῷ, idest, In maxime adurentibus febris.*

T E R T I O, Galenus docet hanc euacuationē usq; ad animi defectum esse molendum, si uires integræ sint, & tunc experientia docet plurimum prodeſſe. nam in ardentissimis febris, li usq; ad animi defectum sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, & in aliquibus aliud citatur, in alijs sudores emanant, ut aliqui in totum sanitati ex hoc solo præſidio restituti sint, alij plurimū adiuti facile deinde ægritudinis uehementiam abſciderunt.

Contextum quēdam Græcum uidimus, in quo ubi legitur, *Tantam moliri euacuationem: non habet ληγοῦ, sed λινώσων, idest periculum. Quod forte non ab re dictum erit, Quum in hac euacuatione usq; ad animi defectum periculum immineat.*

Quod legif, *Nam & in ardentissimis febris, in prima lectione nostri antiqui contextus habetur, ὃ τὸ γένος θρυστήρις πυρεψίς. Idemq; in Aldino contextu scriptum est. In secunda uero nostri antiqui lectione habetur, ὃ τὸ γένος ιχυροτήρις πυρεψίς. idest, Nam & in fortissimis, hoc est uehementissimis febris.*

Quod etiam legitur, *Et quidam eorum ex his sanitati sunt restituti. Græce habetur, λαζαρούς αὐτὸν ἀπὸ τοτετων εἰπούσων τοτετων. idest, Et quidam eorum ex his sanitati sunt in totum restituti, uel conquieuerunt.*

Deniq; Galenus docet, in magnis doloribus nunquam dedisse præstantius remedium euacuatione usq; ad animi defectum. At quia aliquis dubitare posset de qua euacuatione intelligerer: an de illa qua per medicamentum fit, uel per uenæ sectionem. Respondet, adhibendam esse distinctionē ex his qua in libro De sectione uenæ differuit, nempe si in uenis abundantia sit, & non sit unus humor qui peccet, sed tota humorum congeries abundet, per uenæ sectionem euacuare oportet. Si uero sit unus humor, qui sua qualitate infestet, per medicamentum euacuatione utaris.

Quod legitur, *Nullum maius inueni remedium. Græce est, οὐδέποτε μᾶλλον βούδημα. idest, Nullum maius noui remedium uel auxilium.*

IN acutis passionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

B R A S A V O L V S

QV V M duplex sit morborum genus, diuturnum, & acutum, materia quæ acutum facit, turgens esse non potest: illa uero quæ acutos gignit, quandoq; turgere potest. Quum

test. Quum superius Hippocrates edocuerit, solum concocta esse evacuanda: cruda vero non, nisi turguerint: uerum tamen in acutis passionibus, in principio quandoque materia turget. Propterea hic ab Hippocrate dicitur: Si qui sunt morbi, in quibus in principio purgatio fieri debeat, sunt morbi acuti: nam diurni in principio materiam turgentem non habent: tamen & in acutis etiam raro medicamentis purgantibus uti debemus, quoniam raro materia turget: immo & quum hoc fieri debet, ita temere agendum non est, sed uerendum, & bene considerandum quicquid agas, quicquid aeger pati possit. Hoc enim est cum praemeditatione faciendum.

Εγ ωιση ὅτε πάθω. idest, In acutis passionibus.] Per quas & simpliciter acutas & peracutas, & exacte peracutas intellige. Oribasius in peracutis solum intelligit: passio uero hic morbum significat, unde & a Philotheo dicitur, πάθος δὲ παταχεικός οὐ νόσος καλέσ. idest, Passionem uero impropte morbum uocat. Quid uero Hippocrates per acutum morbum in hoc loco intelligat, ita Philotheus edocet, ὅτε νοσήσατε μέτωντης νῦν καλέτε τὸ διάγραμμα τὰ σωμάτια λυτόματα, τὰ σφραγῖδα, τὰ ζεστά τὴν ὄψιν, καὶ τὰ δρακοῖς. idest, Acutos morbos Hippocrates nūc uocat breues, breui motos, uententes, & feruentem materiam atque caliditatem.

Ολιγάθεις. idest, Raro.] Quoniam & materia in acuto morbo, raro turget: in diuturno, nunquam: propterea in ipso coctionem semper expectare oportet. Raro uero, ut dicit Philotheus, οὐδὲ τὸ πολὺν αἰώνα τὸν γίνεται τοις σώμασι, τῷ θυρείτῳ φορέτοι νοσηποιούσιν, λαχανῶν θειού. idest, Quoniam multa imbecillitas corporibus superuenit, ex mobilitate impetus causat facientis morbum, licet incocta sit.

Καὶ ὃν αὐχησι τῆς φαρμακείας χρῆσθαι, idest, Et in principijs medicinis purgantibus utendum, & non his quae solum alterant.

Καὶ τοῦδε συκεντούσας ποιέει. idest, Et hoc cum praemeditatione faciendum.] Hoc est, ut Philotheus dicit, πειρατήσαντες, καὶ οὐδὲ φρενισαντες, ιανὸν γάρ οὐ διωμεις ἐφέρουσι, καὶ οὐδέποτε εἴσι τὰ σώματα, γένοντας τὸν καθέρον. εἰ δὲ τὰ φύσιτα οὐ, μάλλον δὲ τὸ θερμός καὶ πολλῷ πολὺ τὸν σώματον, πολλούς ανατομοῦσι χυμούς, οὐ γένεται καθέρον τὸ τηταξαλαμβάνειν. idest, Cum examinatione & praemeditantes & inquirentes. Si enim uires fortes sunt, & corpora bene fluida, purgationem facere oportet. Si uero econtrario modo sit, magis autem si crudus humor circa stomachum supernatet (nam sāpe humores supraferuntur) tunc purgationem facere non oportet. Galenus uero hanc particulam Cum praemeditatione faciendum, uario modo exponit: nam uel sit diligens examinatione, uel æ gri preparatio, uel expectatio recti iudicij, uel omnia haec simul, uel duo, semper uerum est.

Hic aphorismus in libro De generalibus morbi temporibus, à Galeno in testimoniis adducitur, quum probare intendit: principium apud Hippocratem latitudinem habere: simulq[ue] decimum quarti libri aphorismum adducit, in quo iubet in acutis morbis eadem die medicandū, si materia turgeat: eademq[ue] à Galeno repetuntur libro quanto De ratione uictus in morbis acutis, sectione trigesima octava, & in tertio Prorrhæticorum sectione trigesima septima.

Sunt aliquid recentes, qui uolunt, aphorismum uigesimalium secundum præleclum intelligendum esse in casu salubri. In hoc enim concocta medicāda nisi materia turget. Sed hic aphorismus eorum sententię repugnat, nam omnes acuti morbi periculosi sunt, atque ambigui. In his tamen dicit, raro medicamentum exhibendum. Igitur tam in casu salubri, quam in letali & periculoſo medicamentum dare iubent, quando materia turget, & si non turguerit, coctionem expectandam.

G A L E N V S

PAULO ANTEA dictum erat, Concocta medicari, & mouere non cruda, neque in principijs, si non turgent, plurima uero non turgent. Nunc autem, quod circa principia acutarum ægritudinū tantum cōtingit purgare utiliter, nos docet Hippocrates: nam in longis morbis semper oportet expectare coctionē: in acutis uero quum turgent, etiam ab initio possumus uti medicamentis purgantibus, & hoc ipsum cum multa

multa cattione, & præmeditatione facere. Vnde mihi uidetur Hippocrates recte adiecisse, Et cum præmeditatione facere. Siue enim per hoc uerbum diligentem intelligat examinationem, siue ægroti præparamentum, siue recti iudicij expectationem, siue horum aliquid, siue omnia unius uocabuli significatione comprehendantur, quantum huiuscmodi uereatur purgationes, manifestat. Nec enim periculum minimum in morbo acuto, uti purgante medicamento, quum omnia id generis sint potentia calida: febris uero quatenus febris est, & sui ratione non calefacientibus atq; exsiccantibus, sed potius cōtrarijs, hoc est humectantibus & refrigeratibus egeat. Non igitur ob igneam febris caliditatem purgationem adhibemus: hāc enim scimus sui ratione nocitū, sed propter humores illam efficiētes. Quare maiorem oportet ex noxiōrum humorum evacuatione fieri utilitatem, quād id quod necessariō consequitur ex purgantibus mendicamentis detrimentū: ut uero hoc fiat primō oportet considerare, nunquid æger idonee se habeat ad huiusmodi purgationem. Nam quicq; multa cruditate laborant, uel qui tenaces ac crassos cibos assūmpserunt, quibus itidem illa extenta atq; inflata sunt, aut supra modum calida atq; ignea existunt, & hoc ipso in loco aliqua est uiscerū inflammatione, omnes hi haud quaquam sunt apti ad purgationes. Hāc itaq; abesse oportet. Humores autē quād maxime fieri potest esse fluxui paratos, hoc est tenues, & nullum lentorē participantes, & aperta esse foramina per quae debet purgatio fieri, & nullam habere obstructionem. Nam & nos ista antea paramus, quum quempiam sumus purgaturi. Et hoc est quod ab ipso Hippocrate dicitur in illo aphorismo, Corpora ubi quis purgare uelit, oportet fluida facere: uerū in acutis morbis circa principia statim, circa primum uidelicet diem, uel non ultra secundum, si sumus usuri purgantibus mendicamentis, quando turgent, non datur facultas ista præparandi, nisi quis forte arripiatur occasionem propinandi melicratum, in quo decoctum sit aliquid hyssopi, uel origani, uel tragoriganī, uel thymi, uel pulegi, siue quid huiusmodi uim habens humores extenuandi. Quare non sine ratione dixit, Raro circa principia morborum acutorum nobis uenere in usum purgationes, quoniam non sāpius turgēat humores in principijs, neq; si quid istorum adsit ægro satis ad purgationem parato, neq; dante morbo nobis temporis occasionem, quo possimus ex imparato paratum facere.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, quum superius edocuerit Hippocrates concocta mendicanda, & mouenda, non cruda: neq; in principijs, nisi turgent: Nunc particulatim docet, solum in principijs acutarum ægritudinum aliquando utiliter purgandum esse. Vnde in longis morbis semper est expectanda concoctio. In acutis uero, quāt turgent, etiam in principijs est evacuandum. Et hoc non sine præmeditatione facere oportet.

Vbi legitur, Nunc autem quod circa principia acutarum ægritudinū tantum contingit purgare utiliter, deest particula Quandoq; nam Græce habetur, νῦν οὐκ ἡδη ἦτι τὰς αἰχάς μόνον Ἀφέων ροτημενταὶ εγχωρέ ποτε πάθεσθαι συμφέρουσαν. id est, Nunc igitur quod circa principia solum acutarum ægritudinum, quandoq; continet purgare utiliter.

S E C Y N D O Galenus docet, recte Hippocratem adiecisse, Cum præmeditatione faciendum: quicquid intellexerit per hoc uocabulum Præmeditatio, uel diligenter examinationem, uel ægroti præparamentum, uel recti iudicij expectationem, uel unum ex his intelligat, uel omnia, ipse ostendit quantum has purgationes uereatur. Nempe in acuto morbo magnum periculum est uti purgante medicamento. Nam medicamenta sunt potentia calida & sicca. Febris est calida & sicca. Ideo medicamenta, febri potius obesse uidentur, quād prodesse: nam febris potius eget maxime contraria, idest humectantibus & refrigerantibus.

Huic dubitationi responderet Galenus, purgationem non adhiberi ob igneam febris caliditatem, sed ob humores illam efficiētes: unde maior habetur utilitas ex evacuatione noxiōrum humorum, quād habeatur detrimentum ex caliditate medicamen-

menti. Ex quo facile sumi potest, illos reprehēdendos esse, qui in zestate rhabarbarum exhibendum prohibent.

Multa sunt in hac parte uocabula, in quibus quisq; ambigere posset, an recte interpretata sint, an non recte, quæ nos huc adūcere statuimus, ut nullus sit qui presentem non habeat Galeni contextum.

Quod legitur, Cautione & præmeditatione: Græce est, οὐλαβέας καὶ ποδοσκέψις, cum respectu & cīcūspēctione.

Quod etiam legitur, Siue enim diligentem intelligat euacuationem: Græce est, ἐπὶ τῷ περιστορεὐαλμόθῳ ὑδηράδῃ, accurate præmeditatus.

Quod etiam legitur, Siue recti iudicij expectationem: Græce est, ἐπὶ τῷ γενήσιον περιεναι αὐανέναι, siue possibilem rectam iudicationem expectans.

Quod legitur, In morbo acuto uti purgante medicamento: Græce est, ὡφέα νοσία παράδος φαρμακούσαι. id est, In morbo acuto male uti purgante medicamento. Ita legunt antiquis noster contextus, atq; Aldinus. Sed alter quidem loco illius particule κατέστη, illam habet καλῶς.

Vbi legitur, Quum omnia id generis sint potentia calida. hæc particula Id generis, Græce est τὰ καθαίρουσα φάρμακα. id est, Purgantia medicamenta.

Quod legitur, Sed potius contrarijs. in nostro antiquo contextu ita præcise habetur, scilicet ἀλλὰ τὸν φάρμακον. Sed Aldinus, & multi alij habent φάρμακα τούτα. id est, maxime contrarijs.

Quod etiam legitur, Hanc enim scimus sui ratione nocitaram: Græce est, τάχτα γόργησι δούρη εἰρηνῆ βλασφομίων. id est, hanc enim scimus quātum in se ipsa, nocitara.

Quod etiam legitur, Quare maiorem oportet ex noxiōrum humorum euacuatione fieri utilitatē, quām id quod necessariō consequitur ex purgantibus medicamentis detrimentum: Græce habetur, οὐλαβέας μέλοντα τὰς ἀφέλειαν ἐπὶ τῷ λαθούσιον χυμῷ λεγνώστεις γίνεσθαι, ήτοι βλαβέας, λιθίζεις αὐτούς βλαβήσονται σώματα περὶ τοῦ παθητικοῦ φαρμακοῦ. quæ præcise idem dicunt, ut à Leoniceno interpretatum est, uel hoc modo: Quare maiorem oportet ex noxiōrum humorum euacuatione fieri utilitatē, quām damnum quod ex necessitate corpus laedit ob medicamenta purgantia. Sed in Græcis codicibus hæc uerba consequuntur, ἵστα οὐλαβέας μέλοις, ιενάντων τὸ καὶ τὰς ὁ βλαβήσιμους τὰς λαθούσιαν χυμάς. id est, Erit autem utilitas maior, si & absq; molestia omnis humor noxius & infestus euacuetur.

TERTIO, si quis uoluerit euacuare, is cōsiderare debet, an æger ad hanc euacuationem idoneus sit: nam illi inepti sunt qui multam cruditatē in corpore habent. Et illi qui tenues uel crassos cibos assumpserunt, & illi qui habent hypochondria, id est præcordia (non ilia, ut Leonicenus uertit) extēta atq; inflata, & ualde calida atq; ignea, & illi qui hic habent aliquam uiscerū inflammationē. Ilti omnes ad purgationē inepti sunt. Quare si quis medicus aliquem purgare uelit, consideret, an hæc omnia absint: quæ quum absuerint, duo præterea agere oportet, & reddere humores fluxui paratos, id est tenues, & nullum lentorem participantes: & etiam uias exitus preparare, ut nullam habeant obstructionem; imò & nos quum aliquem sumus purgaturi, ista paramus. Et hoc est quod ab Hippocrate dicitur in illo aphorismo, Corpora ubi quispiam purgare uoluerit, oportet fluida facere. Qui aphorismus in cōtextu Aldino distinctus est a Galeni commentatione, & reliqua commentationis pars addita esse uidetur ac si sit ipsius expositiō, quum totum sit continuata commentatio.

Sed hic dubium emergit, quia Galenus de coctione mentionem faciens, solum dicere uidetur id coquī quod attenuatur, quum prius crassum sit: de eo autē quod tenue est, quomodo coquatur, nihil dicit. Respondemus, Neq; hic neq; alio in loco, id putauit Galenus quod recentes somniant, scilicet tenuem materiam esse crudam, & incoquari debere: imò tenuis materia quum sit fluxui parata, suapte natura cocta est, & non indiget, nisi uiarum præparatione. Et ideo quum apud Galenum de coctione sermo incidit, semper id quod crassum est attenuari iubet; nunquam uero quod tenue, crassum reddi.

At sententia

S I qua
citer.

H Y N C
bus uenit.

At sententia quædam Galeni huic determinationi aduersari uidetur, quam ponit in libro De constitutione medicinæ, ubi inquit, Quod crassum & glutinosum est, esse atque nuandum: & quod tenue, crassius reddendum. Pro hoc dubio absoluendo scire oportet, duplex esse in humano corpore superfluorum genus: aliqua sunt quæ possunt ad naturalem habitum redire, & corpus nutritare; aliqua uero quæ solum ad expulsionem patari debent, quia nunquam illuc duci possunt, ut in substantiam nutriti reducantur. De primis Galenus intelligit in libello De cōstitutione artis, quum dixit; Quod tenue est, crassum reddit: ut scilicet in nutriti naturā conuerti possit. De secundis, in omnibus agit locis, in quibus de materia quæ extra humanū corpus expelli debet, uerba facit: & hoc in libello, Quos oporteat purgare, egregie ostendit.

Quod legitur, Vel qui tenues ac crassos: legi debet, Vel qui lentoſ & uiscoſos uel crassoſ . nam Græce eſt, ἢ γλίσχων ἢ παχέων.

Quod etiam legitur, Aut ſupra modum calida atque ignea exiſtunt, in noſtro antiquo contextu eodem modo habetur, ἢ ἵεροβαλλόντως θεὶ δρυμά καὶ πυρών. ſed in Aldino contextu hoc modo legitur, ἢ ἵεροβαλλόντως θεὶ δρυμά, καὶ πυρών τὸν οὐρανόν. ideſt, Aut immodeſe calidae atque igneaे urinae.

Q U A R T O, Galenus quodammodo ambigere uidetur, quoniam in acutis morbis circa principia ſtatim, prima ſciliſt die uel ſecta, ſi materia turgeat, adeo ut cogamur medicamenta exhibere, haec præparatio non präcessit, quia non datur facultas præparandi ob temporis anguſtiā: niſi quis opportunitatem naſciſit propinandi melicratum, in quo decoctum fit hysſopum, uel origanum, uel tragooriganum, uel thymum uel pulegium, uel aliqua alia herba ex hiſ quæ extenuant, de quibus in noſtro ſimplicium examine egimus. Videlur ferè Galenus tacite huic dubio respondere, hoc raro contingere: propterea non ab re hic ab Hippocrate dictum eſt, raro circa principia acutotorum morborum eſſe purgādum; quia etiam raro materia turget. Tu autem ſcito cauſam, cur turgēte materia non indigeamus coctione, illam eſſe, quia materia ſeipſam adiuuat ſuo moſ ad exitum.

Quod legitur, Circa principia ſtatim, circa prium uidelicet diem. legēdum eſt, Circa principia ſtatim, uel circa prium uidelicet diem. nam Græce eſt, λεπτὰς καὶ πολὺς, πολὺς πάγκης τὸν πρώτον ἡμέραν.

Quod etiam legitur, Arripiāt occaſionem: Græce eſt, σχοινίον παγών.

Quod etiam legitur, Quare non ſine ratione: Græce eſt, οὐ τὸν πύλον. ideſt, Quare rationabiliter.

In eo quod legitur, Neque ſi quid iſtorum, ægro ſatis ad purgationem parato, haec particula Si quid iſtorum, per parenthēſin legi debet.

Ex hoc Galeni loco, anſa habetur reprehendendi quodam recentes, qui putarunt ſyruporum uſum apud antiquos non fuiffe. At haec potiones, quæ hic à Galeno parantur, nihil aliud ſunt, quām ſimilia quædam noſtriſ ſyrupiſ. nam & ipſi uini habent quod crassum eſt, attenuandi: frigidū uero alterandi: conſtat ergo antiquos ſyruporum uſum habuisse, ut in noſtro etiam de ſyrupiſ libello abunde oſtendimus. Tamen antiqui ſummo mane non propinabant, ut nunc fit, niſi ubi opus erat: ſed in potu dabant uini loco, & pro cibarijs, ſi talis uictus exigebat: tamen quandocumque uel quomodo cumque exhiberent, concoctrices potionēs nuncupari poterant, ob id quod materia extenuabat atque p̄parabant. Quod Galenus concoctionem eſſe putat, imo nullam materiam coctione indigere, niſi crassa & glutinosa fuerit, ſcriptum reliquit.

Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & facile ferunt: ſi contraria, diffi- culter.

B R A S A V O L V S

H V N C aphorismum in ſecondo huius libri contineri, qui incipit. In perturbationi bus uentris, certum eſt: nam ſi qualia oportet purgari, purgentur, confert; & iſ qui purgatur

gatur, facile fert. Si contrà, scilicet purgentur, qualia purgari non oportet, sed qualia erant retinenda, difficulter ferunt. Tamen Philotheus inter hunc aphorismū & secundum, differentiam facere uidetur: quia secundus de naturali euacuatione, hic de artificiali intelligit. Eius uerba hæc sunt, εἰ τοῦ ἀνθρώπῳ ἐφύγει ὁ ναὸς λεγόμενος ἀφοεισμός, οὐκ ὁ μοιως ἐφύγει. οὐκέτι μὲν γάρ ποδὲ φυσικής λεγόμενος ἐφύγει, ἀλλὰ διὰ τοῦτο δὲ ποδὲ τεχνικός. idest, Et si hic præsens aphorismus superioris dictus sit, tamē simili modo dictus non est. Illuc enim de naturali euacuatione dictum est, hic uero de artificiali. Eandem sententiam habet noster incognitus interpres. Tamē idem Philotheus notat huius aphorismi sententiam in illo cōtineri, inquiens: οὐ δέ ἐργαλεία πάσην ποδὲ τῷ ἀφοεισμῷ, γάρ ἐμπειρεῖται ποδὲ φυσικής λεγόμενος ἀφοεισμός στρεψάς διηγέρεται. idest, Omnis uero huius aphorismi enuntiatio, in præcedente aphorismo de naturali euacuatione exposito manifeste enarrata est.

ην οια δει παρασταται καθεισανται, ξυμφορει την ηγετην φρωτων. id est, Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt.] Quia id purgatur quod lædebat.

Tā dē *gīāvīā* *slv̄chōd̄s.* idest, Si contrā, scilicet illa euacuentur, quae non debent euacuari, sed potius quae erant in corpore pro illo nutriendo seruanda, difficulter ferunt, & obest.

GALENVS

NO N est dubium, hunc aphorismum in illo contineri, in quo dicebatur, In perturbationibus uentris, & uomitibus spontinis, si qualia oportet purgari purgetur, consert, & facile tolerant; si uero non, contra. Verum quia in hac libri parte de purgationibus a medico factis loquebatur, & omnes ferè necessarias distinctiones commemorauit, non piguit ipsum hunc quoque adiungere aphorismum, in quo nihil magis nouum edocetur, sed ad memoriam reuocantur ea quæ prius in alia libri parte enunciauerat de spontinis euacuationibus, ut hoc etiam in loco totus sermo de purgationibus esset absolutus.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, hunc aphorismum in illo omnino contineri, qui incipit,
In perturbationibus uentris, & uomitibus spontinis.

SECUNDΟ, quia alius Hippocratem de superfluitate accusare posset, & tanquam uirum nugacem reprehendere: propterea Galenus dicit, Quum in hac parte de euacuationibus pertractaret, iterum referre non piguit, ut quicquid de euacuatiōibus dictum est, in eo concluderet. Additq, Et si nihil noui dicat, illa saltem in memoriam reuocat, quae superius de euacuationibus dicta sunt. hoc ferē modo Auerroes septimo De physico auditu libro, sectione quinta, Aristotelem excusat. Nam Aristoteles in illa parte de motu agens, illum in idem numero distinguit, idem specie, & idem genere, & quid sint hi motus exponit. Auerroes autem in Commentatione, hac quae in hac parte ab Aristotele referuntur, in sexto libro ad uerbum scripta esse considerans, Aristotelem his uerbis excusat: Hoc totum declaratum est in sexto, sed iterauit illud hic ad memorandum. Ac si dixerit, id fecisse Aristotelem, ut ea quae prædixerat, iterum in memoria reduceret. Quod à multis authoribus obseruat, ut illa quae per pulchra sunt atq utilia, bis terq memoriae referantur, quae & decies repetita placebunt. nam Proverbiū Platonis est, Δις γὰρ τέλος τὸ ηλεύθ. Sic enim boni authores sape eadem dicunt, sed non eodem modo, uel ut melius explicetur, uel ut firmius memoriae cōmendentur.

Notaq; distinctionem illam à Galeno non dici, quam Philotheus secutus est: in hoc scilicet aphorismo, de artificiali euacuatione intelligere: in secundo autē aphorismo, de naturali, sed utrosq; aphorismos in naturali intelligit, tamen & ad artificiale ampliantur.

Quod legitur, Et omnes ferè necessarias distinctiones commemorauit, illa particula Distinctiones, Græce est *διακρίσεις*.

LIBRI PRIMI

FINIS

ДАРУМ ПИОТИА
ДАРУМ ПИОТИА

AD MAGNIFICVM D^P BARTHOLO-
MÆVM PROSPERVM ILLVSTRISSIMI DVCIS FERRARIAE
A SECRETIS, ANTONIVS MUSA BRASAVOLVS.

HT S I mirum in modum occupatus sis, Bartholomæ compater charissime, in reipublicæ rebus administrandis, & in illuſtrissimi Ducis nostri domesticis negotijs digerendis; tamen tua est tam uehemens erga literas benevolentia, ut diem nullum (etiam tot occupationibus penè obrutus) praterire finas, quin antiquas tuas Musas reuivas, & quin literariae rei succisiuas horas tribuas. Nos igitur tuum tam prospicimus in literas animum intuentes, statuimus hunc secundum Aphorismorum librum tibi dicare, quem te lecturum non dubitamus, tanta legendi auditate, & tam uehementi desiderio detinēris; præsertim quum illa noua sint, quæ in luce prodeunt. Qualia hæc quæ à præclaris ijsdemq; reconditis authoribus foeneramur, quæ in hoc libro à nobis referuntur. Ex quibus pleraq; ab antiquis & Grecorum maxime sanctuaris hausimus, & potissimum ab Academia, quæ alias omnes in hac arte proculdubio excedit, in qua Hippocratem & Platonem longe præcellere, ueterum consensus iudicauit. Verumtamen non ob eam causam tibi hunc inscribimus librum, ut aliquid ex eo perdiscas, sed potius ut ex tua lectione tuæ felicis auræ nonnihil libellus ipse consequatur, quam satis cumulatam arbitrabimur, modo prima fronte non displiceat. Vale.